

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Pvb. Virgilii Maronis Bvcolicorvm Eclogæ X, Georgicorvm
Libri IIII, Æneidos Libri XII**

Vergilius Maro, Publius

Genevæ, M.DC.XXXVI.

Georgicon

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-548](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:468-1-548)



P. VIRGILII MARONIS.
GEORGICON LIBER I.
AD MÆGENATEM.



Vid faciat latus segetes: quo sydere terram
Vertere Mæcenas: ulmisque adiungere vites,
Conueniat: que cura boum, quis cultus habendo
Sit pecoris: atque apibus quanta experientia parcis:
Hinc canere incipiam. Vos ò clarissima mundi
Lumina, labentem cælo que ducitis annum:
Liber, & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit arista,
Poculaque inuentis Acheloia mischnit vnis:

Et vos agrestum, præstantia numina Fauni,
Ferte simul, Fauni que pedem, Dryadæque puelle,
Munera vestra cano. tñque ò, cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridentis,
Neptune: & cultor nemorum, cui pingua Cæ
Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.

MAVRI SERVII HONORATI GRAMMATICI
IN PRIMVM GEORGICON COMMENTARIVS.

Virgilius in operibus suis diuersos securus est poetas: Homerū in Aeneide: quem, licet longo
intervallo, securus est tamen. Theocritum in Bucolicis, à quo non longe abest: Hesiódum
in his libris, quem penitus reliquit. Hic autem Hesiódus fuit de Ascrā ciuitate, qui scripsit ad
fratrem suum Persen librum quem appellavit *Isa ñ ip̄eg*, id est opera & dies. Hic autē liber
continet quemadmodum agri, & quibus temporibus sint colendi: cuius titulum transferre no
luit, sicut Bucolicorum transitulit: sicut in Aeneide appellavit ad imitationem Odysseæ: tamen
eum per periphrasim primo exprimit versu dicens, Indicabo quo opere, & quibus temporibus
ager colendus sit. Ingenti autem egit arte, vt potentiam nobis sui indicaret ingenij coarctan
do lata, & angustiora dilatando. Nam cum Homerī & Theocriti breuitate scripta collegerit:
vnum Hesiodi librum diuisiſt in quatuor, quod ratione non caret. nam omnis terra (ut etiam
Varro docet) quadrifariam diuiditur. Aut enim aruus est ager, id est sationalis: aut confitus, id
est aptus arboribus: aut pascuus, qui herbis tantum & animalibus vacat: aut floreus, in quo
sunt horti apibus congruentes & floribus. Malè autem quidam Georgicorum duos tantū esse
asserunt libros: dicentes Georgicam esse, *in iiii*, id est terra operam: quam primi duo conti
nent libri: nescientes tertium & quartum licet Georgiam non habeant, tamen ad utilitatem
rust. cam pertinere, nam & pecora & apes habere, studij est rustici: licet possimus agriculturam
etiam in his duobus sequentibus inuenire. Nam & farrago sine cultura nō nascitur: & in hor
ris colendis non minorem, quam circa terras, constat esse laborem. Et hi libri, didascalii sunt.
Vnde necesse est vt ad aliquem scribantur, nam præceptum & doctoris & discipuli personam
requirit. Vnde ad Mæcenatem scribit: sicut Hesiódus ad Persen, Lucretius ad Memmiu m. Sane
agricul-

A agriculturæ huius præcepta non ad omnes pertinent terras, sed ad solum situm Italæ, & præcipue Venetiæ, teste ipso Virgilio qui ait, Tibi res antiquæ laudis, & artis Ingredior, cum de Italia diceret.

Quid faciat lœtas segetes. Fertiles, frœcundas, id est, Quæ res terras pingues efficiat. segetem enim modò pro terra posuit: sic alibi, Horrescit strictis seges ensibus. Pingues autem efficit terras: (ut paulò post dicturus est) cinis, intermissio arandi, incensio stipularum, stercoreatio. Unde etiam lœtas ait. Nam fitius, qui per agros iacitur, vulgo lœtam en vocatur. Sanè Quid faciat non interrogat, sed pollicetur. Quo sydere terram. Quo tempore. ex syderibus enim tempora colliguntur. Et sciendum quatuor primis versibus textum sequentium quatuor librorum per ordinem contineri. Sanè Sydus propriè est quod in se plures continet stellas, sed à poëtis cœfusè ponitur. Terram vertere fecerat nōc arare. Vlnisque adiungere vites. Subaudatur. Quo sydere. & hoc secundum Italæ situm locutus est: in qua vites altius eleuantur. sic alibi, Non eadem arboribus pender vendemia nostris. Hoc autem rustici maritare dicunt: Quæ cura boum, quis cultus habendo fit pecori. Aut in sequenti exegesis est hoc ut sit, Qui cultus habendo fit pecori: quod est, quæ cura boum. Aut certe ergo itzklù ait boues, & postea intulit cetera pecora: ut maius animal separaret à minoribus: sicut de hominibus facit, dicens, Reliquias Danaum, atque immixtis Achilli. Habendo autem dum habentur, ut alibi. Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo: datiuum ergo pro genituuo posuit, nam habendorum pecorum facti, sicut apium parcarum. Et cultum hic habitudinem corporis significat, alias ornatum. Salustius. Cultus corporis ornata egregio. & cultus quam maxime miserabili Roman venit, alias ad animalium referuntur. Ut quis neque mos, neque culus erat. Sallust. Indocti incultique vitam sic vi peregrinantes transfigere. Quantum quæ magna. Habendo pecori. Hoc est ut habeatur pecus. Experiencia, vel Vlnata doctrina. Hoc est nigræ, vel nouæ. Paris. Seruatis frugi, quæ melia custodiunt. Hinc canere incipiam, pro dehinc vel deinceps, non ergo ab apibus, sed quid faciat lœtas legentes. vos ò clarissima mundi lumina, Liber & alma Ceres. Scio dicunt non esse nisi unum deum, & unam candem que potest statim, quæ pro ratione officiorum nostrorum, variis nominibus appellatur. Unde eundem Solem, eundem Liberum, eundem Apollinem vocant. Item Lunam, eandem Diana, eandem Cererem, eandem Iunone, eandem Proserpinam dicunt: secundum quos, pro Sole & Luna, Liberum & Cererem inuocavit. Luminæ. Numina fuit, sed emendauit ipse, quia postea ait. Et vos agrestum præsentia numina Fauni. Labentem, currentem, vel citò transeuntem. Quæ ducitis omnium. Quorum cursu tempora computantur. Nam per Lunam, mensis: per Solem, annus ostenditur. Vel certe deducitis per duodecim sydera, aut ducitis, pro finitis, ut noctem custodia ducit: & alibi, hic noctem ludo ducunt. Alma Ceres. Alma, ab alendo, Ceres à creando dicta. Quamuis Sabini Cererem, panem appellent, Liberum, Lebasum: dictum autem quia Græcæ nūs dicitur res diuinæ: vel simul Liberum, & Cererem posuit, quia eis templo simul posita sunt, & ludi simul eduntur. Vero si munere. Qoniam sine cibo & potionе vivere non possumus, vel munere, beneficio, vt munere vitor amici. Si autem hic pro, siquidem. Nam si modo confirmatis est. Terentius, Non se redires pater, ei veniam daret. Chaoniam pingui glandem mutauit arista. Epiroticam. Quæ cur Chaonis dicta sit, in tertio Æneidos plenius habes, & hic Epiroticam à loco in quo abundant glandes, quibus antea homines vescebantur, vel quod ibi Quercus Ioui Dodoneo sacra, quæ hominibus responsa reddebat, ex hac cum fuisset excisa, columbae, quæ vaticinabantur, volassem dicuntur. Et modo speciem pro gene-

D re posuit, non enim aut in Epiro tantum glandes fuerunt: aut de solo Acheloo homines potare consueuerant. Pingui autem arista, modò pro frumento posuit: & affectate ait pinguem aristam, cum propriè arista ab ariditate sit dicta: glandem vero mutauit arista ita ait, vt * coiam paludamento mutauit, vt, Pœnulaque inusitius Acheloi misit vnis. Achelois terræ fuisse filius dicitur, vt solet de his dici, quorum per antiquitatem latent parentes. Hic cum de Melpomene, vel ut quidam dicunt de Calliope Syrenas habens filias, amisiſſet, & in oratore conficeretur, auxilium matris orauit, vt sibi seni luctus remedium præstret, quæ miserans filium, patesfactis antris intra se obruit; cui postea vt perennein fainam nominis daret in Ætolie regione fluuiū eiusdem vocabuli nasci fecit, quem nonnulli de Pindo monte Theſſaliz oriri adferunt. Circa hunc Staphilus oenei pastor, cum animaduerteret ex capris vnam esse pinguisimam, intellexit id pabuli libertate fieri; secutus itaque eandem, cum vidisset vnis nasci, admiratus, & nouitatem, & dulcedinem, decerptum fructum protulit regi, qui cum liquorem expressisset, à suo nomine vocavit oenon, ab inventore Staphilem. Sed Hercules cum propter vxorem Deianiram cum Acheloo contenderet, cornu eius vnum friggit, quod Græcæ nūs dicitur: sed hic Acheloum non præter rationem dixit: nam sicut Orpheus docet, & Aristophanes comicus, & Euphorus historicus tradunt, Acheloum generaliter propter antiquitatem fluminis, omnem aquam veteres vocabant. Ergo quia specialiter Achelous Græcia fluvius est, aut

Species est pro genere: aut secundum antiquitatem est locutus. *E: vos agrestum praesentia numina Fauni.* Idest, propitia vt, nec tam praesentes alibi cognoscere diuos, quorum prætentia fauor est. Et bene de diuersis rebus dicturus, diuersa inuocat numina. Hoc enim & in sacris fieri solebat, ut post specialia ad eam rem, de qua agebatur inuocata numina, omnes dij vel deas confusè inuocarentur. *Præsentia numina Fauni.* Præsentia quoniam dicuntur usque ad ea tempora, quibus fuit Faunus, qui dictus est à fando, visa esse numina: Quidam Faunos putant dictos ab eo quod frugibus faucent. Cincius & Cassius aiunt ab Euandro Faunum deum appellatum, ideoque à des sacras, Faunas primò appellatas, poste a fana dicta; & ex eo, qui futura præcinerent, Faunicos dici. *Faunique pedem.* Cum unus Faunus sit cur pluraliter posuit? * sele. Sed Varro ad Ciceronem ita ait: *Dij Latinorūm ita, vt Faunus sit per* ex versibus quos vocant Saturnios in siluestribus locis solitos fari futura, atque inde Faunos dictos.* *Ferte simul F.p. Ferte, aut simul venite: aut date carmini meo facilitatem, quod utique pedibus continetur: vt sit, Ferte pedem,* meretricam præstate ratione in. *Dryade, que puelle.* Dryades à querubus, quod iam suprà dictum est. *Tuque d, cui prima frequ. item Fudit equum magno rillus percussa tridenti.* Antiquissimi libri *Fudit aquam*, plerique habuerunt. Quoniam Neptunus & fluminibus & fontibus, & omnibus aquis præstet, ut ipse docet, aut præcepit Neptuno immerserit Eurus, sed melius *equum*. Propter argumentum. In Cornel. *equum*, in authenticō aquam ipsius manu *equum*. Fabula talis est, Cum Neptunus & Minerua de Athenarum nomine contenderent, placuit diis ut eius nomine ciuitas appellaretur, qui munus melius mortalibus obstat. Tunc Neptunus percusso littore equum animal bellis aptum produxit. Minerua, iacta hasta, oliuam creauit: quæ res est melior comprobata & pacis insigne. Ut autem modo Neptunum inuocet: causa eius muneris facit, quia de equis est dicturus in tertio: alioquin incongruum esset, si de agricultura locuturus numen inuocet maris. Equum autem à Neptuno progenitum alij Scythium, alij Schironem, alij Arionem dicunt fuisse nominatum. Et ideo dicitur equum inuenisse: equa velox est eius numen, & mobile, sicut mare. Vnde etiam Castor & Pollux, quia eorum velocissime stellæ sunt, equos in tutela habere dicuntur. Sanè hunc equum cuiuscunque nominis alij apud Arcadiam, alij in Thessalia editum dicunt, in quo etiam montem altissimum ostendunt, vbi primum equus visus sit, in tantum ut ob hanc cauam à Thessalii Neptuno equestre certamen memorent institutum: vnde ut apud Græcos in mō nō vnde, à nobis equester Neptunus. Alij hanc eandem de equo opinionem variè adserunt: nam primum equū & mox pullum equinum matre editum tradunt, quidam mare magis pullum initio editum volunt: nonnulli Saturno, cum suos deuoraret, pro Neptuno, equum oblatum deuorandum tradunt; Vnde Illyricos quotannis ritu facrorum equum solere aquis immersere: hoc autem ideo quod Saturnus humoris torius, & frigoris deus sit. Prima autem, multi pro olim accipiunt ut, Prima quod ad Troiam. p.c.f.a. Alij prima ideo quod post Scythium, Arionem genuit. Nonnulli, vero ob hoc cui prima frementem fudit aquam legunt, quod veteres murmur aquæ, fremitum dicebant. Ennius, *Ager oppletus imbrum fremitu.* Et denudat, ratib[us]que fremebat imber Neptuni, Virgil. in nō, Vicinæque frement ripæ c.u. Ergo primus aut proprius, quia & Pegaso fontem in Beotia ita eius vngula fudit, aut prima tellus, idest litus, ut primæque vetant consistere terra. Et cultor nemorum, cui pinguis Cæa. Aristæum inuocat, id est Apollinis & Cyrenes filium: quem Hesiodus dicit Apollinem pastoralem. Hic (ut etiam Sallustius docet) post lanatum & canibus Astartonem filium, Thebas reliquit: & Cæam insulam tenuit primo, adhuc hominibus vacuum: post ea relicta, cum Dædalo ad Sardiniam transitum fecit. Huic opinioni Pindarus refragatur, qui eum ait de Cæa in insula in Arcadiam migrasse, ibique vitam coluisse. *Nat.* apud Arcadas pro Ioue colitur, quod primus ostenderit, qualiter apes debeat reparari. ut ait poeta de hoc ipso Aristæo, Tempus & Arcadij memoranda inuenta magistri, Pandere. Cultor autem pro incola, Cæa verò insula in Ægeo mari. Dumeta, strutrices.

Ipse nemus linquens patrum saltusque Lycas

Panoum custos, tua si tibi Mænala cure,

Adsis o Tegæ fauens: soleque Minerua

Inuentrix: unque puer monstrator aratri:

Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum.

Dijque, deaque omnes, studium quibus arua tueri

Quique nouas aliis non nullo semine fruges:

Quique satis largum celo demittiit, imbre.

Ipse nemus linquens patrum Panoum custos. Pindarus, Pana ex Penelope filium dicit, vnde multi patrum pro paternum accipiunt, eo quod Pan non Arcas sit, sed Ithacensis, ut à patre non

- A tre non à patria, vox hæc videatur detorta, quia in Arcadia gaudet. *Satrisque Lycæ Montis Arcadiæ. Pan ouium custos.* Ideo Lycus Pan ouium custos, quod lupos ab ouium gregibus depellat. *Si tibi.* Si quidem tibi, Mænala autem mons Arcadiæ: dictus δέντρο μελανόν, id est ab ouibus, quibus plenus est. *Tegæ.* Vocatius est, à deriuatione Tegæ oppidi Arcadiæ, & Tegeus tribachus est: Tegæus Pæan tertius. *Fauens.* Pro volens & per hoc propitius, Fauere enim veteres etiam velle dixerunt. Ennius, *Mareone mares complent spectare fauentes,* nonnunquam fauere & pro tacere ponitur, vt idem in Ennius, * ore fauenter. Et Virgilius in quinto, Ore fauete omnes. *Oleaque Minerua inumixrix.* Eo tempore quo aduersum Neptunum de nomine ciuitatis contendit, quod iam supradictum est, cui fabulæ hoc additur, quod postquam Minerua inuenta olea B Neptunum vicerit, indigne ferens Alisotheus Neptuni filius olcas cœpit excidere, cui, dum hoc facit, ferrum de manubrio decidit, & ei caput amputavit: Neptunus vero dolens filij sui obitum, Martem homicidij coepit arguere: inde effectum est vt Mars & Neptunus de hac re iudicium apud Athenas experientur; vnde locus vbi Iudices federunt areopagos, Iudices Atheniensium, Areopagitæ appellantur. *Vñcque puer monstrator aratri.* Alij Triptolenum, alij Olymum volunt, quod magis verum est, vt dicit Propertius vel Tibullus. Nam Triptolemus frumenta diuisit. Quod munus ei Ceres dedit propter humanitatem patris Icaris, qui eam, cum Proserpinam capiam in conjugium à Plutone quereret, in Attica suscepit hospitio. Alij talem de hoc Triptolemo fabulam tradunt: Ceres cum Proserpinam filiam quereret ad Eleusinum regem deuenit, cuius vxor Cyntinia puerum Triptolemum pepererat, sèque nutricem pueri amore ducta simulavit regire, sed nutritrix recepta cum vellet alumnū suum immortalē reddere interdiu cum laetiæ diuino alebat, noctu in ignem clam obruebat. Itaque præterquam solebant mortales crescebat. Id sic fieri cum pater admiraretur, nocturno tempore obseruauit, cum Ceres vellet puerum in cinere & in igne abscondere: Pater exclamauit, illa irata Eleusinum exanimauit. Triptolemo alumno suo æternum beneficium dedit. Nam ad fruges portandas currum draconibus iunxit, deditque ei, quibus ille vectus orbem terrarum frugibus obseruit, quem postquam domum rediit cum Cephalus rex interficere voluisse, per cognita iusta Cereris Triptolemo regnum tradidit, qui accepto regno oppidum constituit, & ex patris nomine Eleusinum nominauit, Cererisque sacra primus instituit, quæ *diuusæsa*, Græcè dicuntur. Varro de scenicis originibus, vel Scauro, Triptolemum dicit Nigidius feræ barbaricas sub virginis signo * arator, quem Orona Ægyptij vocant, quod Oron Osyridis filium ab hoc educatum dicunt. Ergo Osyris significatur. vt, φωτοσιον τετραπλευτον, vel Epimenides, qui posteà Buzyges dictus est secundum Aristotelem. *Et teneram ab radice ferens Syluanæ.* Syluanus deus est syluarum. Hic amauit puerum Cyparissum nomine, qui habebat mansuetissimam cervam. Hanc cum Syluanus nescius occidisset, puer extinctus dolore: quem amator deus in cupressum arbo'rem eius nominis vertit, quam pro solatio portare dicitur. Sanè in Bucolicis alium illi habitum dedit, Venit & agresti capitis Syluanushonore, quidam Syluanum primum instituisse plantationes dicunt. Ideo tenera ab radice poetam dixisse, An ab radice tenera, quia cæsa cupressus dicitur non renasci, idem inuadida, an ab radice tenens? Diique, deaque omnes. Post specialem inuocationem, transit ad generalitatem: ne quod numen prætereat. More Pontificum per quos ritu veteri in omnibus sacris post speciales deos, quos ad ipsum sacrum quod siebat, necesse erat inuocari, generaliter omnia numina inuocabantur. *Studium quibus arna tueri.* nomina hæc numinum in Indigitamentis inueniuntur, id est in libris pontificibus: qui & nomina deorum & rationem ipsorum numinum continent: quæ etiam Varro dicit. Nam (ve suprà diximus) nomina numinibus ex officiis constat imposita. Verbi causa, vt ab occasione, deus Occator dicatur: à Sartitione, deus Sartor: à stercoratione, Stercilinus: à fatione, Sator. Fabius Pictor hos deos enumerat quos inuocat Flamen sacrum Cereale faciens telluri & Ceteri, veruactorem, Reparatorem, Inporcitorem, Insitorem, Obaratorem, Occatorem, Sarritorem, Subruncinatorem, Messorem, Conuictorem, Conditorem, Promitorem. *Tneri.* pro tuendi, aut tuendorum. *Quique nouas alitis.* Idest omnes qui hoc potestis. Non nullo semine. Id est aliquo, & hoc dicit, Qui à nobis facta semina vestris seminibus alitis. Semina autem dicit deorum cæli temperiem, pluuias, temporem: Vel Nonnullo semine ab hominibus scilicet iacto, vt quippe solo natura subeft. Seu rorem. *Satis.* Segetibus. vt, Sata lata, bouimque labores. Largo autem cœlo demittitis imbrems, per hæc aquam & terram significari vult.

Tuque adeo, quem mox quæ sint habitura deorum
Concilia, incertum est: urbisne inuiscere Cesar
Terrarumque velis curam, & te maximus orbis
Authorem frugum, tempestatiūque potentem
Accipiat: cingenis materna tempora myrto:

Andens immensi venias maris: ac tua nauta.
 Numinia sola colant:tibi seruiat ultima Thule:
 Teque sibi generum Tethys emat omnibus vndis.
 An ne nouum tardis sydus: et mensibus addas:
 Quâ locus Erigonon inter, chelâsque sequentes
 Panditur: ipse tibi iam brachia contrahit ardens
 Scorpius, & cali iusta plus parte relinquit.
 Quicquid eris(nam te nec sperent tartara regem
 Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido:
 Quanuis Elysios miretur Græcia campos:
 Nec repetita sequi curet Proserpinam matrem)
 Da facilem cursum: atque audacibus annue cœptis:
 Ignarosque via mecum miseratus agrestes
 Ingredere & votis iam nunc assuece vocari.

Tâque adeo quem vox que sint habitura deorum Concilia incertum est. Adeo hic præcipue quidam
 adeo abundare putant antiqua figura, vt, omne adeo genus in terris. Et iam adulatio ad Augu-
 stum quem inter deos inuocat. Nec totum ramen dandum est adulationi, sed & veritati. nam
 cum omnes Imperatores post mortem sint inter deos relati, Augustus viuus diuinos honores
 emeruit, quod etiam Horat. testatur dicens, Præsenti tibi maturos largimur honores: Iurâdâque tuum C
 per nomen ponimus aras. Vnde male quidam culpant Virgilium, dicentes cum auditate laudan-
 di citum interitum Augusto oprasse: cum ad rem, quæ tunc siebat, respexerit. Mox, possumus
 tamen pro post accipere: Horatius, Mox datura Pyrogenen viisiforem. Idei postea Potell & Mox
 ad vitæ humanæ breuitatem referri. Nam ipse ait in decimo, Phœbe diu (res si qua diu mor-
 talibus villa est) Viximus. Sanè sciendum mirè eum laudasse, quodait. Quem mox quæ sint
 habitura deorum Concilia incertum est. Id est, nondum scimus quis deus esse velis. nam deum
 fieri maximum est. in potestate habere quis deus velis fieri: plus esse quâ maximum constat.
 Urbeis ne inuise Cæsar. Tradidit-vtrum velis terrarum, an maris, an cœli imperium possidere. Es
 se maximus orbis. Vtrumque te pro Ioue coli velis. Auctořum frugum. Qui frugibus & cœteris re-
 bus originem præstes. Tempestatione poterem. Aut bonarum tempestatum: vt, Vnde hæc tam D
 clara repente Tempestas? Aut tempestatum ait temporum: sicut vbiq; Sallustius Materna myr-
 so. Quæ in honorem est Veneris, à qua Augustus ducit per Caium Cæarem. An deus i. v. m. Id
 est, an pro Neptuno coli te velis & immensi maris, cuius mensura non potest comprehendendi.
 Veniae autem aliquanti pro sis accipiunt, ac si Græcē diceret θεα sive ἡρά, ire veteres pro
 esse dicebant. Numinia sola colant. Sola magna, præcipua, Id est, supra alios deos marinos quasi
 melior sit futurus & Neptuno & cœteris diis marinis. Thule. Insula est Oceani inter septentrio-
 nalem & occidentalem plagam, ultra Britanniā, iuxta Orchadas & Hiberniam in hæc Tile
 cum sol in Cancro est, dies continuus sine noctibus esse dicitur. Præterea miracula de hac in-
 sula feruntur, sicut apud Græcos Ctesias & Diogenes, apud Latinos Sammonicus dicit. Tethys
 emat o. v. Tethys est vxor Oceani, nympharum mater. Quod autem ait emat, ad antiquum nu-
 ptiarum pertinet ritum, quo se maritus & vxor inuicem emebât, sicut habemus in iure. Tribus
 enim modis apud veteres nuptiæ siebant, vnu, si, verbi gratia, mulier anno uno cum viro licet
 fine legibus fuisse: farre, cum per Pontif. Max. & Dialem Flaminem per fruges & molam sal-
 sam coniungebantur, vnde confarreatio appellabatur, ex quibus nuptiis patrimi & matrimi-
 nasebantur, coemptione vero atque in manum conuentione, cum illa in filiæ locum, maritus
 in patris ven. ebat, vt si quis prior fuisset defunctus locum hæreditatis iustum alteri faceret, &
 bene, Serniat, quia quæcunque in manu conuenerat, omnia protinus quæ doti * dicebantur,
 marito seruiant *, hanc Tethen. Cic. in Timæo Salaciam dicit, generum vero pro marito po-
 situm multi accipiunt, iuxta Saffo quæ in lib, qui scribitur epithalamii ait, χαῖς νῦν φα, χαῖς νῦ-
 φας τοῦτο; ut in nuptiis, sic & Pind. ē m. id. p. t. Tardis sydus t. m. a. Idei astiuis. Vel quia optat
 vt diu viuat, vel quia Virgo & Libra duxerunt, id est tardè orientia dicuntur. Et Tardis, an F
 quia aureo saeculo longiores dies dicuntur fuisse, an post multos tardosque menes vt deus fiat,
 an id: Aut incipient magni procedere menses, per hunc magni? Qua locus E i. C. f. Egyptij duo-
 decim esse afferunt signa. Chaldæi vero vndeclim. Nam scorpius & libram vnum signum ac-
 cipiunt. Chelæ eni in scorpij libram faciunt. Item Chaldæi volunt æquales esse partes in omnibus signis, sed pro qualitate sui, aliud signum xx, aliud xxx. habere: cum Egyptij tricenas esse
 partes in omnibus velint. Modò ergo secundum Chaldæos locutus est, dicens posse eum ha-
 bere

- A bere locum inter scorpium & virginem.nam Erigone ipsa est virgo. Sciendum deinde est voluntate maiores in his signis esse deorum domicilia:vt Solis est Leo , Lunæ vero Cancer. Cæterorum vero quinque planetarum bina sunt signa:prout se ratio syderum sequitur. Nam primus circulus à terra; Luna est, secundus Mercurij, tertius Veneris, quartus Solis, quintus Martis, sextus Louis, Saturni ultimus. Sed remotis Solo & Luna , quorum sunt domicilia Leo & Cancer:hi quinque ordine quo eorum sunt circuli,bina possident signa, vnum à sequentibus. & vnum à superioribus:vt Mercurij sint Virgo & Gemini:Veneris , Libra & Taurus : Martis, Scorpius & aries:Louis,Sagittarius & Pisces:Saturni,Capricornus & Aquarius. Vnde per hæc loca syderum,Augustum & fortè propter Scorpium, idest Martis domicilium. & iustum propter Libram:& prudentem propter vicinam Virginem, idest Mercurij domicilium fore significat. Vel certè idem inter Scorpionis brachia,quæ sunt Libra,& Erygonem,quæ est Virgo, quia Libra æquitas,Virgo Iustitia. Sanè hæc Erygone Icaris filia fuit,tantæ pietatis in patrem,vt cū eum vidisset mortuum, omni se luctu ac mortore conficeret, ob quam rem misericordia deorum inter signa locum virginis sub Iustitiae vocabulo iussa est obtinere. Cheles autem sequentes ideo ait,quia sicut dictum est ipse sunt Libra,Bene autem Augusto inter Virginem & Scorpium,idest inter iustitiam & virtutem,locum tribuit. Nam Cheles , Scorpis brachia sunt, quæ sexaginta partes in celo sunt:solum forte significat. Panditur ipse tibi. Ordo est, Quæ locus ipse tibi panditur. Tibi autem, in tuum honorem & gratiam. Ipsa aures, utro sua sponte. Ipse tibi. Hic distinguitur,nisi dixeris,Ipse tibi: tum brachia contrahit ardens Scorpis,*bene optantis, verba maledictum comprehendens videantur. Ian brachia c.a. S. Ideo Augustus merito iuxta Scorpium locum adsignat,quia sydus hoc supra Romanum positum creditur. Varro tamen ait se legisse Empedotum.*cuidam Syracusano à quadam potestate diuina mortalem aspectum determinum,eumque inter cætera tres portas vidisse,trésque vias. Vnam ad signum Scorpionis , quæ Hercules ad deos ipse diceretur *: Iteram per limitem , qui est inter Leonem & Cancrum: Tertiam esse inter Aquarium & Pisces: Argute itaque eam viam & sedem tribuit Augusto forti Imperatori,quam habuit deus fortis. Ardens Scorpis. Ardens ad illud refertur, quia Martis est domicilium:nam Scorpis tempus frigidum est, quippe coius November mensis est. Vel ardens ad virus eius,vel ad cupiditatem Augusti recipendi. Iusta plus parte. Secundum Chaldaeos qui Scorpium dicunt spatium duorum signorum tenere. Ergo & loci ipatio te inuitat. Quicquid eris. Ordo est,Quicquid eris,da facilem cursum. Cetera enim per parenthesin dicta sunt. Nec sperent tartara regem. Nec sperent dixit, quasi beneficium de quoconque venerit. Nec tibi regnabit veniat tam dira cupido. Allegorix dicit illunus debere mori velle, nec posse. Dira autem pro magna vel vehemens. Quamvis Elysius m G.c. Licet preferantur inferi à Gracis Poëtis. Nec D repeatis a. P.m. Ceres cum raptam à Plutone Proserpinam filiam diu quæsisset:tandem aliquando eam esse apud inferos compērit:pro qua re cum Louis implorasset auxilium , ille respondit posse eam reuerti si nil apud inferos gustauisset. Illa autem iam Punici mali in Elysio grana gustauerat:quam rem Ascalaphus Stygis filius prodidit. Vnde Proserpina ad superos remeare non potuit. Hinc ait Lucanus, Que te deinceps Aeanea dapes. Quam necessitatem modo Virgilius Proserpina tribuit voluntati. Sanè Ceres à Ioue poltu mensis dicitur vt Proserpina sex esset cum matre mensibus,sex cum marito:quod ideo fingitur, quia Proserpina ipsa est quæ & Luna,quæ toto anno sex mensibus crescit,sex deficit, scilicet per singulos menses quindecim diebus:vt crescens apud superos,deficiens apud inferos esse videatur: & sequitur & Proserpina matrem ad admirationem Elysiorum posuit, quod matri prælati sunt. Da facilem cursum. Meo scilicet poemati. Atque audacibus a. c. Verecundus suas vires extenuat,& commendat operis difficultatem dicendo. Audacibus, Ignarosque viæ mecum miseratus agrestes Ingredere. Aut mecum viæ (id est rationis) aut artis ignaros miseratus rusticos invia,aut mecum ignaros intelligas: aut rusticis ignaros faue mecum, idest quibus etiam ego his scriptis plurimum collatus sum: aut mecum ignaros agricolæ miserare:aut eis mecum faue. Et votis iam nunc assuefecit vocari. Id est vias adhuc. Nam (vt diximus) Augustus viuus diuinos honores meruit.

E Vere nouo,gelidus canis cum montibus humor
Liquitur. & Zephyro putris se gleba resolutus,
Depresso incipiat iam tum mihi tauris aratro
Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer.
Illa Sege demum votis responderet anari
Agricola,bis que solem,bis frigora sensit
Illiūs immensa ruperunt horrea messes.

Vere nono gelidus canis cum montibus humor Liquitur. Nouum multa significat, nam & recens ali- A
quid nouum dicteur, ut ipse ait, Lac mihi non æstate nouum, id est recens: nouum dicitur &
magnum, ut Pollio & ipse facit noua carminis; modò autem Nouum Ver ideo ait, quia anni
initium mensis est Martius. Et sciendum decem tantum menses fuisse apud maiores. Martium
autem anni principium habere voluerunt, propter Martem suæ gentis auctorem, quod multis
firmatur auctoribus. Nigidius in sphera Græcanica, nouum annum æquinoctium Vernale me-
morat. Varro epistolarum quæstionum, Inter mensem Februarium qui tunc esse extremus, & inter
calendas Marias que tunc erant prime. Atta, annum nouum voluerunt esse primum mensem Marium.
Et alibi, Maiores Martium primum habuerunt. Aprilis vero dictus est, quasi terras tempore aperiēs.
Maius à Maia, Iunius à Iunone, quamquam alij à maioribus & iunioribus hos duos menses
velint esse nominatos. Nam antea populus Rom, in centurias iuniorum & seniorum diuisus B
fuerat Reliqui iam à numero nominabantur, Quintilis, Sextilis, September, October, November,
December, & hi erant tantum decem menses. Duo vero, propter rationem signorum anni,
intercalabantur, qui postea à Iano & à Februario nominati sunt, Februus autem est Ditis pater:
cui eo mense sacrificabatur. Quintilis & Sextilis mutati sunt postea in honorem Iulij Cæsaris
& Augusti. Vnde sunt Iulius & Augustus, Sic Ouidius in Fastis. Ergo Vere nono, & anni initio
accipiamus, & prima parte Veris. Nam anni quatuor sunt tempora diuisa in ternos menses: qui
iporum temporum talem faciunt discretionem: ut priore mense Ver nouum dicitur: secundo
adultum: tertio, præcepis. Sicut etiam Sallustius dicit, ubique noua ætas, adulta præcepis. Sic Au-
tumnus nouus, adultus, præcepis. Item Hyems, noua, adulta, præcepis vel extrema. Vnde est, Ex-
tremæ sub casum hyemis. Sanè sciendum Xenophontem scripsisse unum librum Oeconomi- C
cum: cuius pars ultima agriculturam continent: de qua parte, multa ad suum hoc opus Virgilii
transtulit, sicut etiam de Georgicis Magonis Afri, Catonis, Varonis, Ciceronis quoque libro
tertio Oeconomicorum, qui agriculturam continent. Nam primus præcepta habet quemadmodum
debeat materfamilias domi agere: Secundum quemadmodum foris paterfamilias. Illud
quoque sciendum est in his libris non esse obscuritatem in quæstionibus, sicut in Æneide, nisi
in paucis admodum locis. Sed in hoc tantam esse difficultatem ut res positas intelligamus: id
est rō nūdō, sicut hac prima quoque eius præcepta significant, Nam hoc dicit agrū fertilem,
id est pingue & herbosum, bis debere arari: semel verno tempore, ut & herbæ adhuc tenera &
sine semine auellantur: & æstatis calore, ut superfluu humor siccetur, vel glebarum putrefiat
durities: & semel Autumnali arandum cum seminibus. Agrum vero tenuem & sterilem Au- D
tumnali tantum tempore arandum: ne si etiam Verno araueris, exiguus eius humor siccetur
æstate. Canis montibus, albis ex niue. Liquitur. Liquor cum nomen est. L brevis est: cum ad verbū
venerit, producitur: ut liquor, liqueris, liquor: nam mutavit naturam: sicut homo, humus, hu-
bicus est: humanus producitur. Item itur, i producitur: iturus corripitur. Liquitur. Autem de-
fluuit resoluitur. Et zephyro putris se gleba resoluit. Quo tempore Fauonij flatu arua laxantur,
quæ fuerant præclara frigoris. Ipse alibi, Rura gelu tunc claudit hyems. Putres autem gle-
bas, solubiles quas teper effici & aratrum. Depresso incipiat iam tuu mibi taurus aratro Ingemere.
Aliud pendet ex alio: nam altius impressum aratum boues cogit in gemitum: quod genus ar-
ationis, pingui conuenit terra: nam è contrario paulò post de infœcunda terra dicturus est, E
Tenui sat erit suspendere fulco. Mibi autem, aut vacat: Cicero, Qui mibi accubantes in coniunctis.
Aut mibi, id est rustica amanti terras. Et taurum bouem fortissimum accipimus: nam tauri diffi-
cile ad aratra iunguntur. Atritus splendescere vomer. Lucretius, Occulso decrescit vomer in aru. quod
eternite frequenti aratione nouimus, ut & splendidior fiat & teratur. Cato in oratione ad filium.
Vir bonus est, Mi fili colendi peritus, cuius ferramenta splendent. Dicimus autem & hic vomer, &
hic vomis: sed ab utroque, huius vomeris facit. Illa seges demum. Sege modo terra, ut nec pecori
opportuna seges. Demum, nouissimè, Verè specialiter. Votis respondet Immanc quod ait votis.
nam plerumque plus optamus quam speramus posse contingere. Respondit aut satisfaciat aut
consentiet: ut, Dicatis respondent cætera matris. Tauri, id est, quamvis tauri, & plus est quam
si dixisset parci. Nigidius. Quia qui parci est, suo contentus est, quod taurus non facit: Bis que solem, bis
frigora sensit. Qua bis & dierum calorem; & noctium senserit frigora. Per quod duplicum ostendit F
arationem, Vernalem & Autumnalem. nec enim ad tempora æstatis vel hyemis referre
possimus quod ait, Bis solem, bis frigora: quia non sunt in Italia in uno anno duæ æstates, &
duæ hyemes: sicut geometriæ dicunt esse in quadam parte Indiæ in insula Taprobane. aut si
icut quidam dicunt, ideo bis, ut semel cum fructibus, semel vacua solem & frigus perpetua ac-
cipiamus. Immense. Infinitæ. Ruperunt horrea. Plus est quam si diceret impleuerunt, hoc est ut
non habeat ubi reponat.

Ac prius, ignotum ferro quam scindimus aquor,

Ventos

A

Ventos, & variis cœli p̄adiscere morem.
 Cura sit: ac patios cultusque, habitusque locorum:
 Et quid queque ferat regio, & quid queque recenset
 Hic segetes, illic veniunt fœlicius vine:
 Arborei fatus alibi: atque iniussa virescunt
 Gramina, nonne vides, croceos ut Tmolus odores:
 India mittit ebur, molles sua tura Sabæi:
 At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus
 Castorea, Eliadum palmas Epiros equarum?

B

Ac prius ignotum ferro quam scindimus æquor. Idest ante quā faciamus veruactum. Si autem non immensum, sed ignotum legeris, nobis ignotum significat. Æquor autem modò terram accipe, ab æqualitate dictum. . . tam. vt præcipitumque Daren ardens agit æquore toto. Vnde & maria, & aqua dicuntur. **V**entos. Quia diuersis locis diuersi prævalent venti. Et hoc dicit, Debes scire, ager cui vento subiaceat. **V**ariis cœli p̄adiscere morem. Id est aeris, Luctetius, in hoc cœlo qui dicitur aer. Et hoc dicit, Debes etiam cœli qualitatem nosse, vtrum pluviis gaudeat, an repore, vel frigore. **P**atios cultusque, habitusque locorum. Duas res dicit, Scindunt etsi, ager & quemadmodum à maioribus cultus sit, & quid melius ferre consuevit, nam habitus locorum, possibilites vel naturas accipiamus, quas Græci τὰς ἔχεις dicunt. Alij patios naturales exponunt. **V**enium. Crescunt, vt. Et pulchro veniens in corpore virtus, vel proueniunt, **A**rborei fatus alibi. Id est poma. Et arboreum aliqui duobus modis, . . . accipiunt. Alter enim in Aeneide de telo, ingen arboreum. Cornificius, ut folia que frugibus arboris tegmina gignuntur. Atque iniussa virescunt gramina. Bene iniussa: nam frumenta studio iussa nascuntur. Vnde est, Atque imperat aruis. Et nunc hic vinum alibi deest, vt fiat, Atque alibi iniussa virescunt gramina. **N**omine vides. Aut Mæcenati dicit aut rustico & argumentatur, quæsi hoc dicens, Sivna prouincia ferre non potest omnia: quanto magis vnuus ager! **V**t Tmolus. Mons Ciliciæ, in quo nascitur crocum præcipuum: nam loca commemorat, vbi plus prouenit & melius aliquid. Nam crocum & in Africa nascitur, sed non tale, nee tantum, quantum, vel quale in Cilicia. Sed Tmolus est mons etiam Lydiæ, circa oppidum Tardis, qui diuersis floribus abundat. Vnde multi de Timolo croceos odores similes croco accipiunt; alij non dixisse eum crocum apud Tmolus nasci, sed vinum Tmolicanum crocei odoris, nam & crocum in Cilicia apud Corycum Sallustius meminit. India mittit ebur. Et in Africa fuerunt elephanti, sed maiores in India. Hinc est quod ait Terentius, Elephantis quem Indicus prefeceras. Id est maximis. Et India mittit quasi pendit. Molles sua tura Sabæi, Sabæi populi sunt iuxta Syriam & Arabiam: dicti Sabæi σαβαῖοι, quod apud eos nascitur, quo deos placamus. Molles autem ideo ait, vel quod sub aere clementiore sunt. (Nam vt ait Lucanus, Quidquid ad Eos tractus munisque reponem Labiuit, emollit gentes clemens: a cœli) aut certè quia Alexander Macedo dicitur obsecnos omnes ab exercitu suo segregatos, illic condidisse. Sanè tū modò sine aspiratione dicimus: nam antiqui thus dicebant στὸν τὸν πόνον. quod diis placuit: tura enim à tondendo dicta esse voluerunt, à globis tonsis: cum quibus dicitur fluens de arboribus coalescere. Alij Sabæos Arabas, . . . cl. onos Ägypticorum ex effeminatis collectos ab . . . de Arabia illuc deductos; vel ideo molles quod fæminos cultus vestesque gerunt. **A**t chalybes nudi ferrum. Subauditur vbiique mitunt. Chalybes populi sunt apud quos nascitur ferrum. Vnde abusus dicitur chalybs, ipsa materies: vt, Vulnificusque chalybs. Nudi autem, aut apud quos arbores non sunt: aut vere nudi, propter ferrum caendii studium. Nam legimus, Brontesque, teropesque & nudus membra Pyragmon. Virosaque ponens castorea. Fibri, canes sunt Pontici: quorum testes apti sunt medicaminibus, propter quos vbi se requiri senserunt, eos fecant. De his Cicero, Redimunt se ex parte corporis propter quam maximum expectantur. Iuuinalis, Qui se eunuchum ipse facit, cupiens euadere danno Testiculi. Castores autem à castrando dicti sunt. Virosa autem aut fortia, aut certè venenata. Nam licet sint multis remedio, tamen prægnantes eorum odore abiiciunt & egerunt partum. Et virosa dicta ab eo quod est virus. Alij fortia accipiunt, à viribus. Eliadum palmas Epiros equarum. Hypallage est: nam hęc dicit, Epirus creat equas optimas, quæ apud Elidem palmas merentur in Iouis Olympici curuli certamine. Sanè Epiros Græce profertur: vnde etiam ē habet accentum. Nam si Latinum esset, epiros, epíri, pi haberet, quia longa est. Nec mitteris equas currere, nam, vt dicit Plinius, velociores sunt ideo quoddam cursu urinam faciunt.

F

Continuò has leges, eternaque fœdera cerim

*Imposuit natura locis, quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem:
Vnde homines nati, durum genus, ergo age terra
Pingue solum primis extemplo à mensibus anni
Fortes inuertant tauri: globasque iacentes
Puluerulenta coquat maturis solibus astas.
At si non fuerit tellus fœcunda: sub ipsum
Arcturum, tenui sat erit suspendere sulco.
Illi, officiant latis ne frugibus herba:
Hic, sterilem exiguis ne deserat humor arenam.*

*Continuò has leges. Iugiter, in æternum, ad perpetuum: sicut sequentia indicant, nam d'eturus
est. Aeternaque foedera. Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem. Iam transit ad fabulam: &
poeticè dicit. Ista tum primum statuta, quæ ab initio mundi constat fuisse. Vnde homines nati
durum genus. Expressit nō dñs, id est causatum. Nam & Græcè populi dicitur dicuntur à lapi-
dibus. Non enim lapides dicuntur. Ergo age terra pingue solum. Iam redit ad caußam. Primus ex-
templo à mensibus anni. Hoc est quod dixit. Vere nouo: Extemplo induxit, & reposuit. Puluerulen-
ta coquat maturis solibus astas. Quæ glebas soluit in puluorem. Et reddit caußam cur hoc debeat
ferri. Maturis autem solibus, id est, vehementer feruidis, magnis. Ipsius manu adiectum maturis
solibus. Sub ipsum Arcturum. Id est autumnali tempore, quo Arcturus oritur. Et sciendum C
quod sub preposito, quando tempus significat, accusatio gaudet: vt hoc loco Sub arcturum,
id est circa arcturum. Item. Aut ubi sub lucem densa inter nubila sele. Et sub noctem cura
recusat. Et item, sub luce, exportant calathis. Hoc autem est tum cum iam puluere com. . . .
Arcturus enim pluuiarum & tempestatum sydus est. Arcturus autem idem arctofylax, quia
post vrsæ caudam locatus sit. Item Bootes, quod boues cum plaustro agat: alij Archadem suis
filium Callisthonis & Louis dicunt: qui cum matrem in figuram vrsæ ira Iunonis transfigu-
rata vellet occidere, ambo à Ioue in cælum esse translatos, illios Arcturus, illa Helice dicta.
Alij Icarum hunc volunt esse: qui à pastoribus, quos vino tunc primum reperto ebrios fecerat,
veluti dato veneno occisus esse. Manu adiecti sunt deletis duobus, quorum alter totus le-
gi. . . . potuit. Ipsius sufficient segetes ne frugibus illic: ex altero hoc tantum, ne deserat hu- D
mor arenam. Tenui suspendere, pro tenuitate: suspendere. Illuc, in terra scilicet pingui. Officiant,
noceant, obstant. Herbe que internatæ segetem laddunt. Hic, In sterili, & tenni, & infœcunda. D
Quia si prestius aratur, terra tenuior, humor ad inferiora desider, & sapor. . . . bunt: & hoc est
quod suprà diximus, omnia præcepta quæ commemorat, ad illud pertinent quod ait, Quid
faciat latus segetes. Sterilem exiguis. . . . pro ociolum, vt interdum latus. . . . cessans, vt, le-
gnsque lecundo defluat amne. Arenam. Aridam terram, quæ est sicut arena.*

*Alternis idem tonsas cessare nouales,
Et segnem patiere situ durescere campum.
Aut ibi flava seres mutato sydere farra,
Vnde prius letum siliqua quassante legumen,
Aut tenues foetus vicie tristisque lupini
Sustuleris fragiles calamos syluamque sonantem.
Vrit enim lini campum seges, vrit auena:
Vrunt letho perfusa papauera somno.
Sed tamen alternis facilis labor: arida tantum
Ne saturare simo pingui pudeat sola, néve
Effætos cinerem immundum iactare per agros:
Sic quoque mutatis requiescant foetibus arua.
Nec nulla interea est inarata gratia terre.*

*Alternis. id est alternatim. Idem scilicet agricola. Tonsas nouales. Agros messos. Dicimus
autem & has nouales & haec noualia. Propriæ nouales sunt primum arua proscissa, & primum
segetem*

- A** segerem ferentia. Patiere. Patieris. Situ durecere campum: Segnem cessantem. Et situ, pro otio, vt redeat in vites priores. Sane sciendum & Ciceronem in dialogis, & ceteros philosophos tractare non quid debeat fieri, sed quid potissimum fieri. quam rem nunc Virgilius sequitur. Nam cum dicat multa remedia agrorum recreandorum, ponit praे omnibus intermissionem. Vnde eam rem frequenter iterat. *Ante ibi flana seres mutato sydere farra.* Si te terratum cogit angustia, & non habes, vbi intermissio agro rursus seras: ibi frumenta seras, vnde legumina sultulisti. Aut si tibi est opus frumento, stercora sparge, & cinerem: vel incende stipulas. *Sydere.* Modò anno. *Lætum legumen.* Fertile. Et *lætus* prout res fuerit accipimus: vt *lætus homo*, id est hilarius, *lætum pecus*, id est pingue, *lætum legumen*, vt diximus, fertile: & sic in reliquis. *Siliqua.* Theca leguminis. *Quassante.* Id est quassa. *Legumen.* Legumen dicitur quod manu legitur, nec sectionem requirit. Frumenta vero sunt omnia quæ ex se emittunt aristas. Nam quod suprà ait *Farra*, frumenta accipimus: species est enim pro genere, *Siliqua.* Folliculo intra quem legumina nascuntur. *Quassante.* quæ sonet cum quassatur. *Cælitius.* Si quassante capite tristes incedunt. *Plaurus,* *Capitibus quassantibus.* Far enim propriè genus est frumenti optimi. Dicitur frumentum à frumento, quod est gula prominens pars. *Aui tenues fatus viae.* Mirè ait tenuess: nam via vix ad triplicem peruenit fructum, cum alia legumina prouentum habeant felicissimum & fertilem. *Fætus* vero gi... vel fructus vt insecurus vero & fœtum... *Tristisque lupini.* Amari: cum in gustu sit amarum triste. nam incoctus amarus est. Ennius. *Neque ill... triste queritas finapi:* nonnulli propriè calamos lupinorum, alas dici putant, vt *Aelius, Aelæ ex lupino, surculi sine foliis.* Cato in originalibus, *Aelæ ex lupino lugum...* tamen Varro de lingua Latina alam culmum fabæ dicere.... *Vrit enim lini campum.* *figes.* Bene excerptis hæc tria linum, auenas, papauer: & dicit post hæc, frumenta serenda non esse. nam licet manu legantur, & sint inter legumina: viribus tamē frumentis exequantur. Cœlius libro tertio seri auenam ostendit, sed videtur poeta velut interrogatus, cur linum & quæ sequuntur dicit non seri debere, respondisse, vrit enim: q; enim causalis coniunctio est. *Lethæo perfusa papauera somno.* Plena obliuionis. Nam Ceres, Ioue admonente, dicitur cibo papaueris, orbitatis oblita (& re vera papauer gignat soporem) cum iam Proserpinam raptam à Plutone ex inferno recipere non potuisse. *Alternis facilis labor.* Redit rursus ad præceptum quod seit esse præcipuum, Id est, ad intermissionem. *Alternis.* Intermissionis subaudi agris. *Facilis.* Vrtilis. *Ne.* Pro non. *Salutare.* Recreare & reparare. *Pingui simo.* Vel humido, vel fertili, *Sola.* Terras. *Effatos per agros.* Continua fertilitate laffatos: sicut etiam frequenti parti effœta dicitur mulier. *Cinerem immundum.* Ad discretionem illius quo vtuntur pueræ: de quibus cineribus in Bucolicis, Fer cineres Amarylli foras. *Mutata faibus.* Ut omni anno proferunt, sed diuersam eadem ferre semper nō possunt, nisi intermissione. *Requiescant faibus arua.* Non etiam roborantur: quod intermissione efficit arationis: quam rem ruris repetit dendo. *Nec nulla interea est inarata gratia serre,* id est, maxima. Nam Liptotes figura est, id est maxima & præcipua: vt, *Munera nec sperno, Inarata.* Non satæ. vnde est illud, *Alternis idem tonfas cœlestes nouales.* Alij inaratae accipiunt, quæ est pabulo pecorisibus.

- E** *Sape etiam steriles incendere proficit agros:*
Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis:
Sue inde occultas vires, & pabula terre
Pinguia concipiunt: sue illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor:
Seu plures calor ille vias, & caca relaxat
Spiramenta nouas, veniat quæ succus in herbas,
Seu durat magis, & venas astringit bianteis:
Ne tenuis pluvie, rapidiue potentia solis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

F *Incendere proficit agros.* Non agros, sed ea quæ in agris sunt, id est stipulas vel quisquiliæ: hoc est purgamenta terrarum, & alia inutilia concremare. Nam vt videamus si in agris qui incenduntur, desint stipulae, aliunde illuc nutrimenta portantur incendi. Alij non saxe profuit, sed saxe incendere accipiunt. *Atque leuem stipulam c. u. fl. iuxtam poetica, vel superflua verbi repetitio.* Nam stipula per se levitatem significat, vnde leuem stipulam vocamus. *Crepitantibus vero sonantibus.* *Sue inde occultas vires.* Inde, Id est ex igni: occultas autem, arcana quadam ratione cœlatas. In hoc autem sensu sequitur Heracliti opinionem, qui dicit omnia

ex igne procreari: quem nunc terris alimenta præbere commemorat. *Vixum.* Quod fœcunditatem impedit. *Exudat* insilis humor. Nouè locutus est. Nam non ipse humor, sed terra desudat, ynde exudatur accipimus. potest ergo exudare & quod emititur, & quod emitit, accipi. *Ceca relaxat spiramenta.* Breues cauernas, per quas sudor emanat, quæ tenacitate sui non possunt videri: ergo occulta & latentia. *Nouas,* quæ ante non fuerant. *Relaxat.* Aperit. *Quæ.* Pro quæ. *Durat.* actuum est hic. Dicimus enim & duro & duror: duro neutraliter, & dureo. *Hiancis.* Apertas & patentes. *Ne tenues pluiae.* Aut lenta & penetrabiles: aut epitheton est aquarum. Aquæ enim naturaliter tenues sunt. sic alibi, Aut in aquas tenues delapsus abibit. Alij tenues, inutiles, inciunæ, macræ, quib. contrarium pingues, vt est, tonuis vbi argilla. *Aerior.* pro actis, vt iam senior. *Aut boreæ penetrabile frigus.* Quod omnia penetrat. *Adurat.* Adurat & ad solem & ad frigus pertinet nam vno sermone duo diuersa conclusit, quæ tamen vnum effectum habent, nam & frigoris finis, est caloris initium: & summus calor, frigoris est principium. *B* Vnde quasi unus effectus est & frigoris & caloris. hoc est Græci dicunt *ἀρετητοιστης.*

*Q Multum adeo, rastris glebas qui frangit inertes
Vimineasque trahit crates, iuuat arua: neque illum
Flaua Ceres alto nequicquam spectat Olympo:
Et qui prosciffo qua suscitat æquore terga,
Roxiss in obliquum verso prorumpit aratro,
Exercetque frequens tellurem, atque imperat aruis,
Humida solstitia, atque hyemes orate serenas
Agricola, hyberno latissima puluere farra,
Latus ager, nullo tantum se Moenia cultu
Iactat: & ipsa suas mirantur Gargara messes.* C

Multum adeo. Ordo, multum adeo iuuat arua. Rastris. Et hos rastros dicimus, & hæc rastra. legimus enim, *At* iſtos rastros interea depoно in Terentio. Item, *Rastraque & incuru ſeum rubueſte ligones.* Et rastra dicta, quod terram radant. *Glebas inertes.* Pigras, nihil creantes. Et transit ad aliud præceptum. *Vimineasque trahit crates.* Ad agrorum ſcili: et exæquationem quam rustici Lypicem vocant. *Iuuat.* Vel adiuuat, vel quasi deleat. Et hic transit ad aliud præceptum. *Flaua ceres.* Flaua dicitur propter aristarum colorem in maturitate. Alto autem Olympo, aut poëticè dictum de cælo, illi fauere Cererem, aut verè altam ſegetem eſſe, non paleis tantum inanem, ſed grauem frumento, nam ideo flaua Ceres: Et Ceres nomen eſt quod in polysyllabis in nominatiuo singulari producit ultimam, cum in obliquis corripiat. *Alio.* De alto. *Ne quicquam.* Id eſt, Nen fine cauſa. Nam ſemper duæ negatiæ vnam confirmatiuam faciunt. Vnde male quidam locum illum legunt in Terentio. *Pater adeſi, caue ne te tristem ſentias.* Si enim hoc eſt, dicit vide vt te tristem eſſe ſentiat, quod procedere minimè potest; ſed ita legendum eſt, *Cause te tristem eſſe ſentias.* Nam & ne & cause prohibentis eſt. *Spectat.* Respicit. *Et qui prosciffo qua s.e.* *t.* Propria voce vlus eſt, cum, n. primò agri arantur quando duri ſunt, proſcindi dicuntur, cum E iterantur, obfringi, cum tertiantur, lirari. *Quæ ſuscitat æquore terga.* Id eſt verit, & propriè ſuscitat, quia iacent in exerciti, terga autem ſuperficiem, vt Homerus, *τὸν ταῦτα οὐ.* *Quæ ſuscitat æquore terga.* Id eſt terram quam arauerat. *Roxiss in obliquum verso prorumpit aratro.* Scilicet autumnali tempore, quo iam cum ſeminibus aratur. Nam hoc præcipit, vt cum denuo aramus, tunc per obliquum aratra ducamus. nemo enim vno tempore bis arat. *Exercetque frequens.* Quidam exercet pro tractat accipiunt, vt, ferrum, exercebant vasto c.r.a. Frequens autem pro frequenter. *At que imperat aruis.* Id eſt, vt tantum ferant quantum ipſe deſiderat. Et hoc eſt quod ait ſuprā, illa ſege demum (votis) reſpondet auari Agricola. Alij ne liberius ferant quæ volunt, ſed quod fuerit ſatum tradunt. *Humida solstitia, atque hyemes opiate serenas.* *Agricola:* Bene ad votum ſe tranſtulit, neque, n. rusticus aliud poterit hic facere niſi optare: nam duo ſunt ſolſtitia. Vnum æſtivum, octauo kalendarum Iuliarum die: quo tempore remcare ſol ad inferiores incipit circulos. Et aliud, hyemale, octauo kalend. Ianuarium die, quo tempore ſol altiores incipit circulos petere. Vnde hyemalis ſolſtitij dies minimus, ſicut æſtivi maximus inuenit. Videtur ergo contrarium eſſe quod dicit, Optate pluuias per ſolſtitia, & per hyemem ſerenitatem: cum (vt diximus) vnum æſtivum fit, & aliud hyemale ſolſtitium. Sed ſciendum modo annum in quatuor partes eſſe diuifum: in duo ſolſtitia, & duo æquinoctia: vnum vernalē, & aliud autumna- le quæ Græci iouugis: vocant. Sunt autem hæc octauo kalendarum Aprilium, & octauo kalenda-

- A** kalendarum Octobrium die, qui annus olim in duas tantum partes diuidebatur, hoc est in esti-
uum, & in hyemale solstitium, & in duo hemisphaeria. ut intelligamus omnia cum tempora
voluisse complecti. Nam hoc dicit, Oprandum rusticis ut autumnali & hyemali tempore sit
serenitas quæ duo tempora pro uno habebantur secundum hemiclyli rationem, ut diximus.
Vernali vero, & æstiuo tempore ut sint pluiae: quæ & ipsa duo tempora pro uno erant. Tamē
si diligenter attendamus: poëtica licentia est vñus, ut pluralem numerum pro singulari poneret
nam solstitia pro solstitio, & hyemes pro hyeme posuit, dicit autem, Optanda hæc quæ per na-
turam non sunt: quo possit virtusque temporis asperitas mitigari: & æstatis calor pluviis: & fri-
gus hyemis serenitatis tempore. Sanè quidam humida solstitia atque hiemes orate serenas, pro
hiemal tam solstitio accipiunt, hoc est ea solstitia quæ humida hiberni temporis ratione
esse necesse est: nam æstatis solstitia humida esse non possunt, ut sub vna significazione dictum
sit humida solstitia atque hiemes, quod ostendunt subsequentia, hiberno latissima puluere
farta. neque n. aliquid de æstatis solstitio vel tempore memorauit. Sed verior expositio hoc
habet, humida solstitia atque hiemes orate serenas Agricolæ, non quod humida esse debeant,
sed humida solstitia epitheton hiemis est, & modo hoc dicit, solstitia illa quæ humida sunt
naturaliter, id est hiberna. ḡ Agricolæ, & hiemes serenas orate, nisi n. serenum cælū fuerit, nec
seri poterit, nec arari, ut ipse dixit in sequenti, hiberno latissima puluere farræ. Nisi n. serenum
fuerit, puluis è terra leuari non poterit. Ergo hoc dicit, solstitia hiberna, & non solum solstitia,
id est solstitiorum sola tempora, sed omnes hiemes serenas optandas. *Hyberno puluere. Hyberna*
serenitate, eo quod nimia serenitas puluorem creat. Et est carmen rusticorum antiquum, Hy-
*berno puluere, verno luto grandia farræ Camille metes.** *Camillus adulescens est, Lætus ager. Hyberno*
scilicet sereno. Quia vbi hoc contigerit ne hæc quidem loca quæ fertilia sunt; id est Mœsia, &
Gargara, quæ dicturus est in sequentibus, certent cum illo prouentu. Nullo tamsum se Mœsia cul-
tu iactat. Constat quidem Mœsiam circa culturam esse diligentem: sed non ei cultus suus tan-
tum prodest, quantum hyberna serenitas & humidum solstitium. Mœsia autem prouincia est
Thraciarum vicina Scythæ. Mœsia vero ciuitas Phrygia, haud longè à Troia: quam magis de-
bemus accipere propter Gargara montes Phrygios. Vnde apparet & in Asia esse regionem
quæ Mœsia dicatur. Sanè Gargara multi auctores Græci, sicut Serenus Sammonicus tradidit, al-
titudinem Idæ montis, & per hoc abusuè omnes summitates montium Gargara appellantes,
*se etiam Gargara ciuitatem in radicibus Idæ montis in prouincia Mœsia Asia, * quam con-*
D*stat naturaliter viginosam, & ob hoc frugem feracem, in tantum ut multi poetæ Græci Gar-*
gara abusuè pro cuiusvis rei multitudine vel copia posuerint. Ergo potest & hic sensus esse,
ut sit, cum ab ea sit anni temperies, & hiems serena sit, & solstitium humidum, fructus optimè
prouenire, hæc autem adeò agri esse necessaria, ut sine his, ne illi quidem fecundissimi Mœ-
sia agri responsuri sint opinioni fertilitatis, qua de his habetur. Mœsia cultu. Cultu autem ideo
addidit, tanquam diceret omnis seges, quæ tempestuos humores habuerit æquabit fecundi-
tati aruorum Mœsorum, quæ propterea quod non querant solsticiales imbræ, sed naturali &
proprio humore latentur, maximum & præcipuum cultum habeant, & ita vberes ibi fructus
proueniant, ut fecunditatem agrorum suorum etiam Gargara ipsa mirantur. Et mirantur gar-
gara meses. Phantasia est poetica, rei inanimata sensum dare: sic alibi, Miraturque nouas ironi-
des, & non sua poma. Sanè Rubellius Blandus, & Quadrigarius, historici dicunt Gargarum flu-
*mnen vocari in finibus Thuringiis * fuisse oppidum mediocre, quod Garga nunc vicus est, quem*
Troes obscuri centum quinquaginta ignoto, & incerto duce insederunt, scilicet nomine à ver-
tice Ideo translato, à quo ciuitas etiam in finibus Troicis Gargara appellatur.

*Quid dicam, iacto qui semine comminus arua
Insequitur? cumulosque ruit male pinguis arena?
Deinde satis fluminum inducit, rinosque sequentes?
Et, cum exustus ager morientibus astuat herbis,
Ecce superciliosi clinosi tramitis undam
Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet: scatebrisque arentia temperat arua.*

*Quid dicam. Oratorium schema quedam recusare, quasi non sufficiat materia, deinde referre,
& quid dicam, quemadmodum iuuat arua qui insequitur. *Comminus.* Id est statim, sine inter-
missione. Non est ergo ex propinquo, qui significatus frequentissimus est in Cisalpina Gal-
lia, vulgo enim dicunt, vado ad eum, sed comminus: vnde Virgilius magis patriam consue-
dinem videtur secucus. Veteres n. non in tempore, sed in loco comminus ponebant, id est iux-*

ta, ut est communis obtruncant ferro, cui contrarium est eminus, id est longe. *In sequitur.* Prosequitur, & non finit quiescere. *Ruis.* Euerit, dicitur. Nam modò agentis est, vt, Vna, Eurtisque, Notusque ruunt, nam aliter dictum est. Ruit alto à culmine Troia. *Atale pinguis.* Non pinguis, id est sterilis, nam male apud Virgilium sàpe pro non significat, ut male lana fororem, *Demde* satis fluminis inducit, riuosque sequentes. Post commemoratam generalem agriculturam, transit ad species & culturas venientes ex tempore. Nam arare, cinerem iacere, incendere æternum est: irrigare autem nonnisi nimis siccitatis est: sicut & siccare etiam aut ex magnis pluviis, aut ex fluminis eruptione compellimur. *Suis.* Segeribus, agris satis, id est seminatis, am participium est. *Riuosque sequentes.* Iuges aut sequuturos, aut certe riuum est epitheton, quia, quæ duxerit sequuntur. *Exiustas ager m e h.* Scilicet ætatis calore. *Morientibus herbis.* Secundum Pythagoricos, qui dicunt omne quod crescit animam habere: Vnde est, Atque interfice messes. *Ecce.* Id est ex improviso. *Supercilio autem.* Altitudine, summitate terrarum. Alij supercilia loca in obliquum delimita, quæ supernè habeant alia fastigia ex accidenti dicunt, tramites autem sunt conualles quæ de lateribus vtrinque peruvia limitant montes, quæ solent etiam saltus nuncupari. Sed hic tramitem nunc pro valle ac saltu accipere debemus, & pro supercilio, simpliciter edito loco, ut *l. a. C. obvios.*, nam ideo ait elius. *Elicit.* Ab elicendo, & apud antiquos, hodieque in aliquibus prouinciis Elyces appellantur sulci ampliores, ad siccandos agros ducti, vnde Poeta ipso verbo vti voluit, nam & scrutatores vel repertores aquarum (aquitices dicuntur) barinulas dixerunt. *Raucum per leuia murmur saxa cier.* Non solum vilitati hanc rem dicit fore, sed etiam voluptati: murmur autem sonum aquæ. *Leuia verò, lubrica, nitida, detrita.* *Scatebris.* Ebullitionibus, quæ fiunt cum aqua in alias rimas defluxerit. Vnde etiam vasa æstuantia scaturire dicuntur, vnde vulgo vasæ vbi calida solet fieri, scutæ appellantur. *Temperat.* Rusticus scilicet. *C.*

Quid qui, ne grauidis procumbat culmus aristis,
Luxuriem segetum tenera depascit in herba:
Cum primum sulcos aquant sata? quique paludis
Collectum humorem bibula deducti arena?
Presentim incertis si mensibus annis abundans
Exit: & obduelo late tenet omnia limo:
Vnde canæ tepido sudant humore lacuna. *D*

Quid qui, ne grauidis procumbat culmus aristis? Grauidas aristas periphraستیا pro spinis posuit. Dicimus autem & hic spicus, & hoc spicum. Cicero in Arato, *Spicum illustre ferens insigni corpore virgo.* Sed scire debemus in visu esse à masculo non vtrunque numerum: à neutro vero ratio, & tantum singularem inueniri, nam plurali nusquam lectum est. Et quid id est, quid dicam quantum iuvat arna. *Culmus.* Iunctio spicarum. *Luxuriem segetum.* Bene luxuriem, vt ostendat rem superfluam, & nocitaram nisi amputetur, officere, & bene luxuriem pascit non segetem. Sane luxuriem iuxta antiquos multi dictum putant, cum luxuria dicatur. *Cum primum sulcos aquant sata.* Seminata hoc est, cum adhuc herbae sunt teneræ, id est cum cooperiunt sulcos herbae, hoc est antequam cogantur in culmos, & per ista tempus ostendit. Sane hoc hemisylchium Vergilius vnum de iniunctis est. *Quaque paludis.* Et hic iuvat arua, subaudiendum. *Deduci, Siccatur, detrahit.* Sic paulo post, Riuos deducere nulla Religio vetuit. Id est siccatur. *Bibula arena.* Quia omnis arena bibula est. *Incertis mensibus.* In opportunitis: incerti autem menses sunt veris & autumnis, nam & hyemis certum est: & frigus, & ariatis certus est calor: quidam incertos measles pro quibuscumque qui adferant variam tempestatem recipiunt. *Exit.* Exire propriè dicuntur flumina cum abundant extra ripas, & cum spumens annis Exit. Veris vero & autumni nunc frigus, nunc calor est. *Obduelo late tenet omnia limo.* Superlito, superfuso. *Late.* Valde ac multum, id est per plurimum spatium. *Tenes occupat, & operit.* Vnde, Ex quo vel ob quam rem. *Tepido humore.* Sancti, noxio, inutili, vel hoc est incertis mensibus; videtur enim de aestate dicere tepido humore. *Lacuna autem sunt fossæ in quibus collecta aqua stare consuevit, id est quasi lacus minores.* *E*

Nec tamen (hec cum sint hominibusque bovinisque labores
Versando terram experti) nihil improbus anser,
Strymoniaeque grines, & amaris intyba fibris
Officiunt: aut umbra nocet. Pater ipse colendi; *F*

G E O R G . I

73

- A *Haud facilem esse viam voluit: primus quo per artem
Mouit agros curis acuens mortalia corda:
Nec torpere graui passus suare regna veterno.*

B *Nec tamen hac cum sint hominumque bovinique labores. Ordo est, Nec tamen nihil improbus anser, Strymoniæque grues & amaris intiba fibris officiunt, aut umbra nocet, Et hoc dicit, Licit hæc omnia quæ dixi, arando sint experti & hominum & bovin labores: tamen sunt adhuc aliqua quæ obfunt, nisi prouideris, ut aues absint, aut umbra arborum. Improbus anser. Insatiabilis, nulli probandus. Et dicit anseres agrestes, Strymoniæque grues. Thracia, à fluvio vel lacu Strymoniæ, qui sunt circa Amphilopolim civitatem: Et amaris intiba fibris. Donatus dicit, malè quidam intybam auem quandam amari iecoris accipiunt, nam intyba dicit cicorea, quarum radices multæ & tenues ambiant segetes & necant. Fibris autem abusivæ ait, quod radices intyborum hac atque illac decurrant, ut fibrae per iecur, id est venæ quædam ac nerui. Alij fibrae propriæ dicunt rei cuiusque extremitates, sicut Cicero in Gabinum, Fibra cincinorum madentes: Et in Tusculanis Non solum ramos amputare misericiarum sed omnes radicum fibras euellere. Vnde & iocineris extremitæ partes fibrae à nonnullis appellatur. Bene ergo Vergilius intiborum vel radicum vel feliorum extremitates fibras dixit. Alij herbas adserunt, ut Nigidius commentatio grammatical 90. Sed antea fibra dicta est, ut nunc etiam rusticci dicunt. Poteat ergo hic fibris pro herbis accipi, quando pista intybus herbae species est. Amaris, nocentibus. Ut, Hostis amare. Aut umbra nocet. Ut nocent & frugibus umbra. Viam. Rationem 14. Mouit agros curis acuens mortalia corda. Dicturus est Iouem fecisse multæ, quæ possunt in vituperationem venire: & ea hoc colore definit, quod dicat voluisse eum in genium mortalibus ex necessitate praestare, nec torperent otio, quod ex rerum abundantia procreatur. Et mouit agros, tanquam ipse colat agros, ut ille collitteras, vel mouit, id est iussit colti, ut est terram vertere, curis vero sollicitudinibus. Acuens. Exercens. Veterno, Primitia, otio, quia plerunque otiosos solet hic morbus incessere, Plautus in Addicto, Opus facere nimio quam dormire manuolo, Veternum mequ. Veternus autem dicitur morbus intercuti idrops, qui homines efficit pigros, & dicimus hic Intercus, huius Intercutis.*

C *Ante Iouem nulli subigebant arua coloni:
Nec signare quidem aut partiri limite campum
Fas erat: in medium querebant: ipsaque tellus
Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.
Ille malum virus serpentibus addidit atris,
Prædarique lupos iussit, pontumque moneri:
Mellaque decussit folius ignemque remouit:
Et passim rinius currentia vina repressit:
Ut varias usus meditando extunderet artes
Paulatim, & sulcis frumenti quereret herbam,
Et silicis venis astrussum excuderet ignem.*

D *Ante Iouem. Ante regnum Iouis. Nulli Vetus te pro non significat, Terentius in Hecyra, 53 non querit nullus dixeris ut ipse alibi, Nulla Venus non ulli animum flexere H. Tali est & nil mea carmina curas, pro non curas. Subigebant, domabant, mollibant, ac per hoc colebant. Limite termino, vel limes agro positus. Nec signare quidem, signare, notare, propere quod cum agri coloni dividerebantur, postea ducebantur ab Oriente ad Occidentem, quæ cardo nuncupatur, & alia de Septentrione ad Meridiem, qui decimanus limes vocabatur; & alijs minores erant in obliquum discreti, qui linearis appellabantur, & agros per centurias siue periugera diuisos coercebant. Ipsa tellus. Ipsa, ultro, sponte sua, ut ipsæ lacte domum. Aut pariri. Dividere & designare. Fas. Id est, lex. In medium querebant. In commune, id est, in publico, ut ipse alibi, consulite in medium. Omnia liberius, quia supra ait, Atque imperat aruis. Alij liberius pro liberalius accipiunt, Bene, tunc enim liberè cuncta sponte ferebat: nunc autem imperante alio per laborem culturæ feriuntur. Ille Iupiter scilicet adeptus imperium. Malum virus, Bene ad discretionem epitheton addidit. Nam virus & bonum & malum est, sicut venenum: nam idem est. Venit autem a Graeco: nam illi *cœpisse* in medium habent, id est bonum & malum. Sanè virus, hodie tres tantum habet casus: hoc virus, hoc virus, & virus. Antiqui, huius viri dicebant. Lucretius, Terti primordia viri. Non nunquam pro foetore ponitur virus, ut apud Lucilium. An sevis herbilis virus. Addidit aut abundat, aut addidit, quia habebant ante non nihil veneni. Atris modo noxiis, id est ad tenebras & mortem mittentibus. Prædarique lupos iussit, utrum ut ipsi prædas sa-*

F

ciant, an ut ipsi capiantur? Pontumque moueri. vētis scilicet. Cicero, *Mare mouetur ventis, ne putescat.* Mellaque decussit foliis, quia est opinio fluxisse arboribus mella. Ignēmque remouit. Non penitus fustulit, non extinxit, sed occuluit. Vnde est, Quārit pars semina flaminæ Abstrusa, in venis siliicis. Vt varias usus, usus i nīḡe, vt cum opus rebus esset, excoigitarentur artes per quas inuenientur Meditando ab agente est, id est dum meditatur. *Eximideret, Studiosē reperire & coleret.* Paulatim. Epitheton artium est *Pasim Abundanter ubique. Rini. Fluminibus. Frumenti herbam.* Periphrasis legetis, vt nec graminis attigit herbam. *Quereret, id est ipse usus, & quereret, quasi adhuc quod non esset, id est quasi intus in fulcis quereret. Vt silicis venis. Propriè dicitum, Quadrigarius quarto, Iner venas faxi, abstrusum, latenter & quasi diuinitus absconditum: Et hoc est quod dixit, ignēmque remouit. Sanè absconditum dicitur non absconsu[m]o, quia conditum facit, non consum.*

*Tunc alnos primum fluuij sensere cauatas:
Nauta tum stellis numeros & nomina fecit:
Pletadas, Hyadas: clarāmque Lycaonis Arcton.
Tum laqueis captare feras, & fallere visco
Inuentum, & magnos canibus circundare saltus.
Atque alius latum funda iam verberat amnum
Alta petens: pelagosque alius trahit humida lina.
Tum ferrī rigor, atque arguta lamina ferre:
Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.
Tum varia venere artes labor omnia vincit
Improbis: & duris vrgens in rebus egestas.*

*Alnos arboris species & per hoc lynxes fluuiales ostendit. Fluuij: id est qui in fluuiis nauigant. Sensere cauatas. Hoc est quod ait paulatim *Nauita Pro nauta: sicut Mauors pro Mars. Numeros & nomina fecit.* Numeros aut currendi modos, id est ortus & occasus: quod si est, quasi rem philosophorum prætermisit nam tantum de nominibus dicit, vt pleiadas, hyadas. Aut certè vera ait numeros: nam Hipparchus scriptis de signis: & commemorauit etiam, vnumquodque signum quo claras, quo secundæ lucis, quo obscuras stellas habeat, secundum quod bene commemoratis signis, quasi notum, stellarum numerum prætermisit. Aut numeros quia Septentrionem dicimus: Numina fecit verò notamina, Plautus in Menechmis, *Inuentus fecit nomen peniculo mihi.* Et in eo quod dicit nautam stellis numeros & nomina fecisse: significat ne cessitate quærendarum rerum, quæ ante sponte sua cunctis proueniebant, homines nauigandi peritiam & studium reperiisse: & ex eo quod sequitur, id quod præcedit ostendit. Nauigandi quippe peritiam sequitur studium motus, & rationes syderum cognoscendi, propter temperatatem maris, & ventorum motus. *Pleiadas.* Signum est ante genua Tauri, quod Græci ορο dicunt id est * petimen. Quidam autem non omnium boum ορο, sed eorum tantum qui sunt ita vt Cypri gibberes, sicut Aristoteles quoque refert, sed & gibber ipsum ορο nominat, sed Pleiades ortu suo primæ navigationis tempus ostendunt. Vnde Græcæ Pleiades dicuntur οντος ειδη: latine Vergiliæ, à verni temporis significatione, quo oriuntur: vel quod Pliones & Atlantis filiæ sint. Sunt autem septem Trygete, Arcyone, Celænis, Sterope, Merope, Electra, quæ excisum filium dolens lucere desit, quidam Steropen volunt non apparere, velut erubescen-tem, quod sola è sororibus cum Sispho mortali concubuerit. *Hyadas.* Hyades, signum est & in fronte Tauri, quod ortu suo efficit pluuias: vnde stellæ ipsæ, Hyades vocantur οντος ειδη quas Latini exinde Suculas appellauerunt. Alij hyadas, à porcis quas Græci hyadas dicunt, à nobis sues appellantur, non à pluuiis, quas v̄t̄ vocant, dictas accipiunt. nam ideo & suculas dici à suibus. Hæ sunt in fronte tauri, in formam Y litteræ. Vnde etiam Yadas dici volunt. Has alij septem, alij quinque dicunt his nominibus, Pytho, Synecho, Baccho, Cardie, Niseis. *Clarāmque Lycaonis Arcton.* Elicem dicit, id est maiorem Septentrionem: nam minor Cynofura dicitur, F Lycaonis autem, subaudi filiam, vt Deiphobe Glauici. Lycaon enim rex Arcadiæ habuit filiam Calistho, quam cum viuisset Iupiter, Juno in vrsam conuertit: & postea Iuppiter miseratus in signum Septentrionis celeste transtulit. Claram ergo notam, vt tuus ὁ clarissime frater Pandare, vel quia non vel nunquam occidit, ideo claram, vel quia illuc alia obscurior est. *Tum laqueis captare feras, & fallere visco / inuentum captare, occupare, velle & ynus sensus est diuisus interpositio[n]e alterius.* Nam Laqueis captare feras, ad venationem pertinet, id est illaqueare feras incurvatis arboribus: Fallere visco, ad aucupium. Item ad venationem, *Et magnos canibus circundare saltus.**

- A *saltus*. Malè autem de aucupio quidam hoc respununt, totum referentes ad venationem: & dicunt, *Fallere visco*, pro viscere possum. Constat enim luparios carnibus tinctis veneno lupos necare. quod ideo non procedit, quia hoc viscum huius visci facit, sicut templum templi. vnde est *Fallere visco*. Viscus verò id est caro, viscere facit, ut pecus, pecoris. Et si de carne loquebatur, viscere debuit dicere. Lucretius, *Permixtus viscere sanguis*. Item ipse, *Viscus igni, sanguinemque creari*. Primo de nautis, & nauigio inuenito: poitea de venatione dixit: nunc de pescatoribus loquitur. *cuncta enim haec necessitas inuenit*. Atque alius *funda iam verberat*. Ordo est iam alius & funda. Genus est retis dictum à fundendo, id est iaculum quod dicitur *retes*. *Alia petens*. Nonnulli alta petens ad maris pescationem adlicant, ut prima pars, funda iam verberat amnum, fluminis pescatione videatur. Alta petens pelagoque alius trahit humida lina, de mari dixerit. *Trahit humida lina*. Vetriculum significat. Et trahit recte, quia hoc genus retis tragum vocatur. *Forri rigor*. Durities ferri, vnde enses rigidi fierent. Vnde & rigidus homo dicitur. *Arguta serice*. Stridulae, sonoræ, ut arguto peccine. Et dicitur. *Perdix*, sororis Dædali filius, inueniente circum & ferram. Lamina autem ferræ, definitio: *Scindebant fissile lignum*. Quod findi potest, aut scindendo fissile faciebant, aut ibi scindebant ubi fissile erat. *Tum varie venere artes*. Ex necessitate scilicet diversarum rerum, quibus homines repressa spontanea cunctarum rerum origine, & terrarum fructificatione coeperunt egerre. *Labor improbus*. Vel magnus, vel nulli probabilis: nullus enim est amator laboris vel indefessus, ad fidus, sine moderamine. Et duris C *vrgens in rebus egertas*. Prior est egertas, quam paupertas, paupertas, honestæ esse potest. Egertas autem turpis est. Persius: *Magister aris ingenijque largitor Venter, negatas artifex sequi voces*.

*Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Instituit: cum iam glandes, atque arbuta sacra
Deficerent sylvae, & vicitum Dodona negaret.
Mox & frumentis labor additus ut mala culmos
Eset rubigo, segrisque horreret in aruis
Cardue: intereunt sylvae, subit aspera sylua,
Lappaque tribulique: interque nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominantur auena.
Quod nisi & assiduis terram infestabere rastris,
Et sonitu terribis aues, & ruris opaci
Falce premes umbras, vorisque vocaueris imbrem:
Heu magnum alterius frustra spectabis aeternum,
Concessamque famem in sylvis solabere queru.*

- D *Prima Ceres ferro mortales vertere terram Instituit*. Prima Ceres omne agriculturæ genus hominibus indicauit, superfluam enim questionem mouent commentarij, dicentes Olyrim vel Triptolemum aratum inuenisse. nam aliud est vnam rem inuenire, & aliud omnem agriculturam docere: quod fecit Ceres. Nam ferrum dicens, generaliter rusticorum arma complectitur. Sanè solum hoc nomen est in polyyllabis quod ultimam producat in nominatio, & eā in obliquis corripiat, ut Ceres cereris. *Sacra deficerent sylvae*. Emphasis est, id est etiam sacræ, quarum sterilitas ceterarum quoq; significat infecunditatem. *Arbuta autem sunt rubra poma syluarum*, quæ Plinius vnedones vocat: quod asperitate sua plura ediri non possint. *Sylva autem si nominatus pluralis est*, figurata declinatio est, si singularis genitius est, posselliua. *Victum Dodona negaret*. Dodona ciuitas Epiro est, iuxta quā nemus est Ioui sacratum, & ab eadē glandibus semper, de cuius nemoris arborib. columba oracula petentib, dare consueverant. & ideo *negat icoxlu Dodona* efficit mentionem. Quia dixit Chaoniā pingui gladhē mutavit aristā: sunt. n. Chaones in Epiro perinde ut Dodona. Et totū quod dicit hic, hoc est, prius homines ut legimus pasti glādib. sunt, nec aliud ad victum quærebant. Cū igitur iam deficerent glandes, & non solū quælibet sylvae, sed etiam sacra victū hominib. negarent, & cu m aliis sylvis ipsa quoq; Dodona ciuitas, quā iuxta se nemus Ioui cōsecratum habebat, glandes vīsibus humanis subtraheret. Ceres prima omne genus agriculturæ hominib. indicauit. *Labor additus*. Aut datus: ut nihil mali ante habuerint, aut re vera additus: quia ante erat quidem labor, sed tantum herbarum, intyborum: postea accessit rubiginis, carduorum. Labor autem quem Græci *karlos* dicunt. *Eset*. Comeslet, Consumeret: ut, Est mollis flamma medullas. Rubigo autem genus est vitij quo culni pereunt. Quod à rusticani calamitas dicitur. Hoc autē genus vitij ex nebula nasci solet cu nigrescunt & consumunt frumenta. Inde & Rubigus deus, & sacra eius decimo kalend. Maias Rubiginalia ap-

Pellantur. Sed hæc res abusiuè rubigo dicitur. Nam propriè rubigo est (vt Varro dicit) vitium A obsecnæ libidinis quod vucus vocatur id autem abundantia & superfluitate humoris solet nasci, quæ Græcæ & rœuator; dicitur. *Segnis carduus.* Inutilis, infecundus. *Ferreres,* abundaret, vt o-tum agrum impleret. *Subit* succedit loco intereuntium. *Aaspera sylua.* Notandum, etiam de herbis syluanam dictam. *Lappaque.* Species herbae hispidae. *Tribulique.* Génus * specie, quod donec vi-ret mollia folia habet, vt inaruerit asperantur in spinas. Hos tribulos sparsit pugnaturus cū Romanis Hannibal dicitur, fugamque simulasse, quem cum Romani insequerentur ignorantes, & fugere credentes, in hoc genus fraudis incurserunt, & ab hostibus in prælium recurren-tibus cæsi sunt. *Interque nivaria culta,* quæ ideo coluntur vt niteant, aut quæ per cultum nitere debeant. *Infelix lolium.* Infecundum, contra, Felicemque trahit limum. *Steriles arenae.* Ad disce-tionem earum quæ seruntur. Nam in multis prouinciis etiam inter fructuum genera nume-rantur: dominantur verò eminent, quia & validiores & altiores sunt. *Quod nisi & asiduis terram* B *insectabere rastri.* Iam non claudit, & hoc dicit. Nisi sepe farrieris: propter illud, Et amaris in-tyba fibris. *Officiunt:* Nisi aues fugaueris: propter illud, *Improbus anser,* Stymoniaeque grues: Nisi falce amputaueris ramos: propter illud, Aut umbra nocet: Nisi votis inuocaueris pluuias: propter, Humida solstitia, atque hyemes orate serenas: sine causa ingentes frumenti alieni ac-ceruos aspices. Per quod ostendit rusticum sua inertia famem, non anni vicio, sustinere. Sanè ad illud retulit, quod supra ait, in medium quærebant, ut nunc sibi quisque, nec ad nos pertinet aceruus alienus. *Insectabere.* Pro insectatus fueris. Futurum indicatiui pro futuro subiunctiui. *Rastris.* *Satculis.* *Terrebis.* Pro terrueris. *Premes umbras.* *Corribas* & in minus compesces. *Votis* *Sacrificis*, precibus. *Umbras.* Idest ramos arborum incumbentes segctibus amputans. *Votis* que vocaueris imbre. Ut inuoces fore tibi pluuiam. *Alterius acerum.* Qui hæc accurate egerit. *Frustra spectabis.* In alio cernens quod ipse non habeas. *Femem solabere.* Ac si diceret, Ne C glandibus quidem satiaberis: sed tantum famem produces: quia dixerat, Et victum Dodona negaret.

Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma:
Quæsine nec poruere seri, nec surgere messer.
Vomis & inflexi primum graue robur aratri,
Tardaque Eleusina matris voluentia plaufra,
Tribulaque, trabeaque, & iniquo pondere rastri:
Virga præterea Celei, vilisque supellex,
Arbuta & crates, & mystica vannus Iacchi.
Omnia qua multò ante memor prouisa repones,
Site digna manet diuini gloria iuris.
Continuo in sylvis magna vi flexa domatur
In burim, & curui formam accipit ulmus aratri,
Huic à stirpe pedes temo protectus in octo:
Bina aures, duplice aptantur dentalia dorso.
Caditur & tilia ante iugo leuis, altaque fagus,
Stiuaque: qua currus à tergo torqueat imos:
Et suspensa foci exploret robora fumus.

Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma. Quasi magnum opus aggredior, vt nunc veneranda Pales. Duris agrestibus. Quia in labore durant. *Arma.* Id est, instrumenta: vt alib. Cerealiaque arma. Quæsine. Sine quibus. Seri. Seminari. Surgere. Crescere *Vomis.* Et ab eo quod est vomer, & ab eo quod est vomis, vomeris facit, sed rationis est, vt vomer. nam vomis usurpatum est, ra-rum enim est vt in is exeuntia: *Ri.* in obliquis, recipient: vt cinis, puluis. Talis est & in Græcis ratio: nam actin & actis dicunt, delphin & delphis, Eleusin & Eleufis: sed verius in n definiunt: quod in obliquis habent, & Attinos, Eleufinos, Delphinos. *Inflexi primum graue robur aratri,* yet. cod. Periphraesticæ aratum, nam inflexi pro flexi posuit, quia In abundat: graue autem robur, propter sulcos altius imprimendos, & graue robur est, cui vomer accommodatur. Tardaque Eleusina matris voluentia plaufra. Eleusin ciuitas est Attice prouincie, haud longe ab Athenis in qua cum regnaret Celes, & Cererem filiam querentem liberalissime suscepisset hospitio, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturae: filium etiam eius Triptolemum recens natum per noctem igne fouit, per diem divino lacte nutritum & eum alatis serpentibus superpositum

- A superpositum, per totum orbem misit ad vsum frumentorum hominibus indicandum. Voluentia autem plaufra, id est, volubilia: aut quærendum est quid sit voluentia plaufra. Eleusinæ matris, id est, qualia ostendit Ceres apud Eleusina, aut certe, qualibus mater deum colitur. nam ipsa est etiam Ceres, Romæ quoque sacra huius de plaufris vehi consueverant: voluentia autem quæ voluntur, quod venit à voluo, non volvitur. *Tribulaque.* Genus vehiculi omni parte dentatum, vnde feruntur frumenta quæ maxime in Africa vrebantur: *Trabeaque.* Vel tabula est: ut quidam dicunt, quæ trahentibus bubus solet areæ induci ad pabulum colligendum, vel vehicula sine rotis, quas vulgo tragas dicunt, & causa metri in hoc nomine epenthesin fecit, ut nauita, & Mauors, pro nauta, & Mars. *Iniquo pondere rastri.* Pro iniqui ponderis, id est magni: ciliacet ut sine labore rustici glebas possint iungere. *Virga præterea Cel i vilisque supelle.* Id est vasa de vimine: qualia Ceres Celco aliquando monstrauit: ut quales corbes, & cætera. Vilis autem supelleque... nam de genitilis, vel iunco, vel alba vite solent fieri. Sane hæc, & corbis dicendum est feminino genere, secundum Tullium, qui ait, in Sestiana, *Messoria se corbo conseruit.* Supelle autem usurpatum est, nam artis est, hæc supellectilis. Genitius enim aut par debet esse nominatio, aut una syllaba maior, ut musa mus: doctor doctoris. Si dyabus maiorem inuenierimus, contra artem id esse manifestum est: ut anceps, præceps & pauca alia *Arbute crates.* Ex arbuto factæ. Et mystica vannus Iacchi. Id est cribrum areale. Legimus tamen & vallus. * secundum Varrorem hanc fuit cula Pollio mysta vallis quod idem nihilominus significat. Myistica autem Iacchi ideo ait, quod Liber pater, sacra ad purgationem animæ pertinebant: & sic homines eius mysteriis purgabantur, sicut vannis frumenta purgantur. Hinc est quod dicitur Olyridis membræ a Typhone dilaniata lhis cribro superponuisse, nam idem est, Liber pater, in cuius mysteriis vannus est: quia ut diximus animas purgat. Vnde Liber ab eo quod liberet dicitur, quem Optimus a gigantibus dicit esse discerptum. Nonnulli Liberum, patrem apud Græcos *lukurru* dicunt, sive vallus autem apud eos *lukurru*, nuncupatur, ubi de more positus esse dicitur: postquam est vero, matris edicisti. Alii mysticam sic accipiunt, ut vannum vas vimineum latum dicant, in quod ipsi optiri: * capacitatem congetere rustici primitias frugum soleant, & Libero & Liberae sacrum facere. Inde mystica. *Omnia que multo ante m. p. Bene non vult rusticum, tunc querere quæ dixi, dicturus est cum iam opus sint.* Si te digna manet digr. Id est, si te capit dignitas ruris vel agri coleendi gloria. In burim in curvaturam, nam buris est curuamentum aratri, dictum quasi *littera* est: quod sit in similitudinem caudæ bouis. Alii burim curvaturam temonis quæsupra est, & quod est infra: * *vrum dicunt*: buris enim ut curuetur, ante igni donatur, * amburitur, vnde & quæ naturaliter inueniuntur curvæ, ita dicuntur. Varro ait, *Totum burim indici ab orbe.* *Quæ memor promissa reponer.* Antequam agriculturam exerceas, ante preparabis hæc omnia, quæ in illius rei sunt, vsum necessaria. *Promissa.* Id est præparata. *Repones, Recondes, & talua custodies.* *Manet.* Expectat. *Diuum gloria ruris.* Id est si tu gloriam diuini ruris vis adipisci: aut si id tibi concessum est cœlitus: ut gloriam ruris habeas. *Diuum autem à diis conditi vel quia terra de cœlitur.* *Contingo.* Principio statim aut priusquam agriculturam cœperis. *Vi.* Virtute. *Domatur.* Vt seruire cogitur. *Formam.* Modum, *Hunc.* Id est aratro. *Cilicet.* *A stirpe.* Id est arboris: hoc est. Nec non & sterilis quæ stirpibus exit ab imis 2-libi pro ipsa arbore. Sed stirpem Teucrin. d.s.s. Vélibi dicitur abitio. A radice vel ima summitate *Temo.* Ad quem ligantur, vel iunguntur boues. *Pedes protinus in octo.* Subaudi aptatur. *Bina.* Duæ quibus latior sulcus efficiatur. *Duplici apianor dentalis dorso.* Dentalis est lignum ad quod vomer includitur. Duplici autem dorso dicitur, aut lato, ut At duplex agitur per lumbos spina, aut re vera. *Duplici*, cuius utrumque eminet latus. Nam fere huiusmodi sunt omnes vomeres in Italia. Dentalis vero est lignum in quo vomer inducitur, *ugo.* Id est ad iugum. *Louis.* Ideo leuis ne boues laborent. *Sit a.* Manica aratri qua regitur gubernaculum. Cicero in Scauriana, *Ab stria ipsa mecum homines contingeruntur.* *Currus imos.* Currus autem dixit, propter morem provinciæ suæ, in qua aratra habent rotas quibus iuuantur. *At ergo.* Post tergium. *Torqueat.* Vertat. *Suspensa facta explorat robora sumus.* Probatæ enim solidatis sunt ligna, si in fumo minime rimas efficerint, namque ad exudandum funum adhibita si rimas faciunt & scissuras mala sunt & infirma. Torus autem hic locus de aratro Hesiodi est, *takos d' oλομαι μερινδροσ ειρηνος, ομον μετ τευποδιων ταμει, ομεγι τεληχοι, αξεια δ' ιππασιν.*

Possum multi tibi veterum præcepta referre,
Ni refugis, tenuisque piget cognoscere curas.
Area cum primis ingenti aquanda cylindro,
Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci:
Ne subeant herbae, nec putrefere villa fatiscat:

*Tum varia illudunt pester: saepe exiguius mus
Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit:
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.
Inuentusque cauis bufo, & qua plurima terra
Monstra ferunt: popularque ingentem farris aceruum
Curgulio: atque inopi metuens formica senecta.*

*Prossim multa ibi u. p. r. Doctrinam suam commendat, veterum autem aut Hesiodi, qui pri-
mus de agricultura scripsit, aut aliorum antiquorum: tibi autem id est. Æ Mecænas, inquit, vel Æ
agricola, hoc est enim tibi. Ni refug. Quia alibi ait sordida rura, vel quia post dicturus est de
minoribus animalibus. Te nesci piget etenim modicas, & potest hoc ex affectu alterius di-
ctum accipi. Nisi graue tibi sit. Tenues Leues. Pig. i. Pigrom est. Area cum primu. In primis. In-
geniæ aquanda cylindro. Et vertenda manu & creta solidanda tenaci. Hæc per Hystreron proteron
posuit, prius. n. est ut manu terra vertatur: deinde solidetur glarea: postremo æquetur Cylindro:
id est lapide tereti, in modum columnæ, qui à volubilitate nomen accepit. Sanè area locus est
vacuus aut natura, aut studio factus, ne quid inde edi nascive possit, quasi qui exaruerit. Cum
primum autem, id est interea, quod maxime necessarium est, vel inter prima opera & officia.
Subeant. Succedant, enalecantur. ~~manus~~ enim est verti. Ne puliere viæ fatiscat. Hypallage est,
pro ne viæ fatiscat in puluerem: id est, dissoluatur, fatiscat autem significat ad fatum hiscat.
*Tum. Id est, etiam. Varie illudunt pester. Per ludum nocent, quasi ludendo & sine labore læ-
viant. Se ex. guis mus. Nitela mus agrestis robeus: cuius Cicero meminit in Seliqna. Et C*
quia hic Virgilus vilium animalium mentionem facit: inde præmisit, Ni refugis tenuesque
piget cognoscere curas. Dicendo autem exiguius mus, multum ex ipsa diminutione nominis
& numeri singularis enunciatione addidit dignitatis: risus enim est quidam poeta, qui ait,
prætextam in cœta mures reserat Camilli. Prosuntque domos atque horrea fecit. Ultra meritum rei locu-
rus est. Aut oculi capti fodere cubilia talpæ. Hoc est oculis debiles & mutæ. cum enim talpæ
cœci nascantur, quomodo, capti oculi: illi enim capti dicuntur, qui aliquando viderunt. Et
mutauit genus, nam hæc talpa dicitur, sicut etiam de damnis fecit: vt, Et timidi veniet ad
pocula damna. Inuentusque cauis bufo. Inuentus, pro qui inuenitur. & *Cauis* hic pro principa-
li positum. Alter enim insonuere caue g. q. d. *Caua*. Cauernis, & locis cauatis. *Bufo*. Rana ter-
restris, nimia magnitudinis. *Monstra*. Id est, & alia purgamenta terrarum. Popularque, veteres
populo, munero, auctupo, lucto dicebant, nos addita littera pronunciamus. Ferunt. Gignunt.
Farru. Frumenti. Et hic speciale posuit pro generali, nam non solum far, sed etiam alias fru-
ges & leges: hæc monstra vel verines populantur. *Curgulio*. Varro ait hoc nomen per An-
tillachon dictum, quasi gurgulio, quoniam pene nihil est nisi guttur. *Inopi* metuens formica
senecte. Senectus semper alienum requirit auxilium: nam inopi, non tantum ad formicam perti-
nent, sed generale est epitheton senectutis: vel ne inops in Senectute sit, & hoc iuxta opinio-
nem poeticiam dixit.*

*Contemplator item, cum senex plurima sylvis
Induet in florem, & ramos curuabit olentes:
Si superant fætus, pariter frumenta sequentur,
Magnaque cum magno veniet tritura calore.
At si luxuria foliorum exuberat umbra,
Ne quicquam pingue paleæ teret area culmos.
Semina vidi equidem multos medicare serentes,
Et nuto prius, & nigra perfundere amurca,
Grandior ut fætus siliquis fallacibus esset,
Et quannus igni exiguo properata maderent.
Vidilecta diu, & multo spéctata labore
Degenerare tamen: ni vis humana quotannis
Maxima quoque manu legeret: sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referris.
Non aliter, quam qui aduerso vix flumine lembum
Remigii subigit: si brachia forte remisit:
Atque illum in præceps proponerat aliens amni.*

- A.** *Contemplator item Prognosticon est anni futuri fertilis, vel in secundi. Contemplator autem imperii modi tempus est: futurum pro praesenti Contemplare, vt alibi. Contemplator aquas dulces. Terentius, Loquitor paucula, pro loquere, ita contemplore. Nux plurima. Id est longa. significat autem amygdalum: sed hoc Græcum est τὸ δυόγρανον, οὐ τὸ δύο, δύο. Et plurima, sicut plurima ceruix, & qui plurimus vrbis Imminet. Sylvæ quidam pro arboribus accipiunt, vt pomaque & Alcinoi sylvae, & alibi, Sylværumque alias pressos propaginis arcus. Indue in florem, Id est. Cum flos induet nucem, id est, vestier. In florem se effundet. Figurate hoc dixit. Et benc elegit arborem quæ foliis prima vestitur. Ramos curnabit oientes. Multitudine & densitate foliorum. Oientes autem odoriferos. Si superant fortis. Id est si flores in fructus vertuntur, & si ipsi crescent & abundant, nam propriæ Superans abundant est. Parter frumenta sequentur. Et frumenta copiosa proueniunt. Pater hic pro similiter antiquè dixit, vt Plautus in Aulularia, Pater moratus, vt pater, aulusque eius fuit, hoc est, iugatio. Magnaque cum magno ven et tristia calore. Aut aestus nimios futuros significat. cum abundantia frugum. Aut certe per colorem felinationem operis significat: vt alibi, Feruet opus. / mbra, pro fronde, vt alibi, in gentem sustinet umbras; vt ostendat eo anno, pro copia frugum, festinat, & fudit, osam, trituran futuram. Luxuria solerum exuberat. Sup et abundat, & amplior est. Ne quicquam pinguis palea teres area culmos. Non pinguis, id est sine frugibus: vt alibi, Ne quicquam seros exercet noctua cantus, id est non. Et notandum, paleam dictam numero singulari contra artem, nam ea quæ ex pluribus constant, numeri sunt tantum pluralis, secundum attem ut cancelli, bige, copæ, licet ab tantum poeta. Pinguis sane, & quamvis pinguis potest accipi, area vero pro in area: Semina viæ equidam multos medicare ferentes. Incipit dicere de medicandis leguminibus, que admodum & maiora habent, & modico igni solvantur. Bene autem ait: Evidet, quod multi pro lego, accipiunt, id est ego quidem, vt à preiudicio inchoaret. Nam hoc dicit, Evidet hæc vidi fieri: sed sic quoque leguminæ degenerant, nisi singulis quibusque annis hoc fiat. Inde enim est, Sic omnia fari. In peius ruere ac retro sublapsa referri. Medicare antiquè dixit, nam maiores medico & medicor dicebant: vt populo & popolorum, ut verba modo ab viris, significacione tantum passiuæ sunt declinationis. Sed ut medicare diceret pro medicari, metu necessitas fecit. Sane medicor accusatum regit, ut medicor illam rem medeor, vero illi rei dicimus, nam medeor illam rem, figuratum est. Serentes, aut Satyros, aut serere volentes, vt, & terruit. Auster euntes, vel Serentes serere incipientes. Et nro prius. Nitrum ex aqua in modum salis coalecit, & ad idem liqueficit; quod aptum est ad laudandum. Et nigra profundere amurea. Olei sordibus, sed his quæ precedunt, nam fordes quæ sequuntur oleum, feces vocantur. Et amurea per esribitur, & per g pronuntiatur, vt c. Ga. us. c. n. Genus. Et profundere, pro vidi perfundentes. Grandior vi fetus. Id est, maiora grana. Silique fallacibus. Quæ fallere plerunque consuerunt. Interdum enim leguminum follæculi cum inanis sint, maiores videntur. Ex quo. Modico, Properata maderent. Festinanter coquerentur. Maderent vero antiquè, pro cocta elicit & cito. Lecta, id est cum labore electa. Spectata. Probata, vt, Et tebus spectata inuenientur. Degenerare tamen. Cum ex bonis fuerint seminibus, mala effici, & praua. Tamen in nascendo degenerare, vt lequitur lecta & probata degenerant, quid si non legas? D. g. nerare tamen, atra, & dor, nam cum non proposuerit quam lecta & spectata, vel quam quam, vel licet, intulit tamen. Ni vis humana Possibilitas. Sallustius, Sed nostra omnia vis in animo & corpore sita est. Aut certe multitudo. Tamen verius est, & melius quod air. Vis quasi violentia sit in rebus, quæ contra naturam vertuntur melius. Sic enim violentiam fieri naturæ, omnia in deterius conmutant. Et hoc est quod ait, Labor omnia vincit Improbis. Manu legeres. Hinc quidam volunt dictum legumen. Sic omnia fari in peius ruere. Ab argumento adeo omnia in peius quoniad recidunt. Ruere autem figurate pro ruunt. Ac retro sublapsa refiri, pre sublabi, & referri, & videtur bis idem dixisse. Non aliter quam qui aduerso sumine lumen. Offendere vult, & que ad perfectonem laborari debere, nec tantum, procedere quantum lucem remissionem in deterius cuncta deducere. Adi. flum, Contra vim & cursum fluminis. Lumen autem genus nauiculae admodum breve. Subigit. Aut tursum agitat: vt, Et corpora salta subiungunt in equos. Aut certe Subigit, est vrget, impellit. Atque illum in pœ. epis. Atque, id est, statim. Alij quidam superfluum coniunctionem volunt. Et hoc dicit. Ita omnia quæ terra profert, nisi continuum in eis studium agricola exerceat, licet medicentur & grandia plerunque nascantur, in peius ruunt; & sic seruntur, sicut qui contra cursum fluminis & vim nauim agere vult, si aliquantulum manus & brachia remiserit, & se illi vel modice ab opere cessauerit, statim a gente vi fluminis & naturali cursu relabitur, nec potest sursum ire, sed in pœ. epis. vadit. Nam propriæ Pœ. epis. id significat. Pœ. epis. prona rapit alius anni. Sensus comparatione finitus.*

Praeireat tam sunt Arcturi sydera nobis,
 Hædorumque dies seruandi, & lucidus anguis:
 Quam quibus in patriam ventosa per æquora vediſſis
 Pontus, & oſtriferi fauces tentantur Abydi.
 Libra die, ſomnique pares ubi fecerit horas,
 Et medium luci, atque umbris iam diuidit orbem:
 Exerce te vir, lauros, ſerite ordea campis,
 Vsque ſub extreum Bruma intratilabilis imbre.
 Nec non & tiniſegetem, & Cereale papauer
 Tempus humo regere: & tundum incumbere aratriſ.
 Dum ſicca tellure licet, dum nubila pendent.

Præterea tam ſunt arcturi sydera nobis. Iam dicit astrologiam rusticum, ita ut nauigantem, noſſe debere: ut ſicut nauigandi tempus & ventorum atque tempeſtatum motus ille ex syderum compositione cognoscit: ita & iſta terram colendi congrua tempora, & caſus diuerſos, vel caloris ſcilicet, vel frigoris, aut pluiaſum ex ſtellis agnoſcat. Arcturus autem ſteſla eſt in ſigno Bootē post Septentrionem: cuius ortus & occasus tempeſtates grauiſſimas faciunt. Vnde ait Sydera, id eſt tempeſtates: Ut alibi, Scit triste Mineruæ Sydus. Hædorumque dies. Bene autem hœdos! Arcturo iunxit, qui & iſpi pluiaſum faciunt, & alibi, pluiaſib⁹ hœdos. Seruandi. Obſeruandi. Aurora ſignum eſt haud longe à Septentrione, cuius pedem cum cornu tauri una ſteſla coniungit: quem aurigam pater Mercurius inter sydera locauit. Hic in manu iſtria fert hœdos, in humeris capram Amaltheam quæ aliuiſe dicitur Louem. Hædorum matrem, quos quidam Louis conlactare dicunt. Sane nonnulli hunc aurigam, Myrtillum, quem Pelops occidit, accipiunt, vel certe Eriſhōnium, qui natus eſt ex ſemine Vulcani, quod dum ſtuprum Mineruæ inferre comatur, ſudit in terram. Hoc quoque ſignum tam ortu quam occaſu ſuo efficit tempeſtates. Bene autem ait Dies, quia & magnitudine ſui multiſ diebus ortur: & tempeſtas aut præcedit ſignum, aut ſequitur, aut cum eo eſt. Sane ſciendū omnes astrologos, pro ratione climatiū diſtentire in ortu syderum: ſed iſpa diſſenſio vltra ſep̄tem dies non procedit: ſep̄tem enim ſunt iſpa climata. Hinc eſt quodd ſolem ad vnumquodque ſignum alii quinto decimo kalend. die dicunt. Divenire: alii quartodecimo: alii iſtra viſque ad octauum. nec quisquam procedit vlerius. Lucidus anguis. Tres ſunt angues in cælo, vnuſ qui inter ſeptentriones eſt: alter Ophiuchi: terzius Australis, in quo ſunt Crater & Corvus, de quo nunc proprie ait anguis: nam ſea dicitur Græce. Et ſcimus angues aquarum, terrarum ſerpentes. Hæc autem ſigna generaliter poſuit, non enim hæc tria tantum, ſed omnia præcipit obſeruanda. Quibus in patriam ventosa per æquora veſtis ſic ab agricolis obſeruanda ſigna eſt dicit, ſicut ab hiſ qui in periculofiffimis mariſ locis nauigant. Ventosa equora. In quibus venti dominantur. Vetus. Hiſ qui vehuntur vult ſignificare: quia latina locutio non habet preſens particiپium paſſioꝝ ſignificationis. Pontus, & oſtriferi fauces tentantur Abydi. Seſtos & Abydos ciuitates ſunt Helleſponti: quæ angusto & periculolo mari ſegregantur. In hiſ angustiis Leander ad Ero natare conſueuerat. Nam illa Seſtias, hic de Abydo tuit, qui cum frequenter ad amaticem amator nataret, tempeſtate obrutus interiit, cuius cum cadaver exanime ad litus, in quo Ero de turre expectare loebat, eſſet ad pulſum, puella ſe præcipitauit in mare, & ita vitam finiuit. Vnde elegit locum periculofifforem: quem pro omnibus poneret pelago. Sane ſecundum artem hæc oſtreæ, & hæc oſtreæ dicimus. Nullum enim habet latinitas nomen animalis quod neutrī ſit generis, ſicut Græce οὐρανοὶ, ταῦτα. Licet & Horatius dixerit, Oſtreæ Circus, Mifeno orientur echini; & Iuuenalis Grandia que mediū iam noctibus oſtræ mordet. Quos tamen poſſimus Græce locutos accipere: ita enim dicunt οὐρανοὶ, ταῦτα. Oſtriferi autem quod ibi plurimum oſtreorum ſit. Fauces vero angustie. Libra die. Hic iam incipit diſputare de cognitione temporum ex syderibus. Die. Non eſt Apocope: pro die: led ſecondum antiquos regularis genitivus eſt. Nam vt ſepe dixiimus obliqui caſus numeri singularis nominatioꝝ plurali, maiores non debent eſſe: quod verum eſt. Si luſtus probat, qui in proſa ait. Dubitanſ acie pars. Hinc eſt & illud, Curruque abſcissa duorum. Suspendit capita. Plautus in Amfitrione, N que nox quæ ſe dicit die, pro diei. Sed modo dies diei dicimus. Vnde iuxta preſentem vium die poſſit pro diei. ſomnique. Id eſt noctis, nam ab offiicio temporis, iplum tempus oſtendit. Dicit autem æquinoctium antimanale, quod fit ſole in libra poſitio. Verale enim æquinoctium in arietē efficit ſol poſitus: hoc autem dicit, frumenta ſerenda eſſe auſtumnali tempore, legumina vero viſque ad veris initium. Et medium luci, Diei. Atque umbis. & Nocti. Quomodo Zodiacus circulus, qui æquinoctia duo facit, orbem diuidit, & luci dixit partem

A partem cœli Septentrionalis, de quo ait, hic vertex nobis cœli sublimis: ymbris verò Australis circulum, qui dicitur esse insimus & demersus, de quo ait. At illum sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi: *Dixit orbem.* Ut orbem videlicet cœli medium teneat Sol, medium Luna. Exerceat viri tauros. Id est cogite laborate. *Tauros autem, boues fortæ accipe.* Serite ordea campis. Hordeum ostendit in campis tribus locis ferendum, & hordea usurpativæ ait: sciendum tamen in his tres tantum casus usurpari, hæc ordea, hæc ordea, ò ordea: sicut vina, vina, vina: & mella, mella, mella. Sanè reprehensus Vergilius dicitur à Bavio & Mævio hoc versu, Hordeum qui dixit, supereft, ut critica dicat. *Visque sub extremum brume.* Id est non vsque ad Brumæ finem, sed circa. Nam bruma finitur VIII. kalend. Ianuarij die: & iste non vsque ad ipsum diem dicit ferendum. *Intractabilis* autem, propter frigus duræ & asperæ, & bruma dicta à brevioribus diebus *Nenon* & *lini* segetem. Atqui suprà air, Vrit enim lini campum seges, quid igitur? suo tempore, non eo anno quo cessare debet. *Cereale papauer.* Vel quod est esui, sicut frumentum: vel quo Ceres vfa est ad obliuionem doloris. Nam ob raptum Proserpinæ vigiliis gustato eo acta est in soporem, vel quia Myconem Atheniensem dilexerit Ceres, & transfiguratum in papaverem tutelæ suæ iussit reseruari, vel quia pani aspergatur. *Tempus*, tunc scilicet est. *Iam dissimum.* Quamprimum. Hoc dicit serendum esse eo tempore, non quo pluit, sed quo imminent pluviæ. *In numero aratis.* Insistere arationi. *Dum siccæ tellure ticer.* Dum adhuc nondum pluiri, sed iam est vicinum. *Dum nubila pendent.* Dum pene iam videntur nubila pendere, & expectare ut effundant pluviæ.

Vere fabis satio: tunc te quoque medica putres

C *Accipiunt sulci: & milio venit annua cura:*
Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus, & aduerso cedens Canis occidit astro.
Ac si triticeam in messem, robustaque farra
Exercebis humum: solisque instabis aristis.
Ante tibi Eos Atlantides, abscondantur,
Gnostiique ardantis decadat stella Corona,
Debita quam sulcis committas semina, quamque
Inuite properes anni spem credere terra.
Multo ante occasum, Maia cœpere: sed illos
Expectata seges vanis elusit aenis.

E *Vere fabi.* Contra rationem dictum, quia frigus omnes numeri singularis sunt. *Satis.* Semen-tis. Et declinatur sicut nauis. *Tunc te quoque medica putres Accipiunt sulci.* Ad ipsam herbam Apofropham facit. Hæc autem à Medicis translata est in Græciam, quo tempore eam Xerxes invaserat. Huius plena Venetia est: & ut dicit Dionysius, trium foliorum est, semperque virens. Quod autem ait *Putes sulci*, naturam ipsius herbæ respicit, nam uno anno frequenter seritur, & sexies aut amplius fecatur, postea aliquot annis sponte procreatur, quod etiam sequens indicat versus: nam dicendo, *Et milio venit annua cura*, ostendit Medicæ curam non esse annuam. Hæc autem herba vulgo dicitur Sylla. *Putes subacti*, vel initio anni, id est vere, vel post annum: quidam enim medicam post decennium seri dicunt *Venit annua cura.* Vere scilicet. *Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus.* Quo tempore annum aperit candidus Taurus, qui est auratis cornibus, nam aperit cornibus, non procedit, non enim a capite aut à fronte, sed à dorso oritur, idest à medio sui: unde incipit apparere, nam ea parte qua mucilatus est, oritur, non à fronte. *Aperit* autem ideo ait, aut quia Aprili mense Sol in Tauru est, quo cuncta aperiuntur: & hoc melius. Sed aliud est aperire annum, aliud inchoare: nam nullus dubitat Marciom mense, ut suprà diximus, annum inchoari. Aut certe aperit annum dixit, quia vnumquodque signum potest inchoare annum, & finire, ut aperit annum dixerit, scilicet suum: nam & à Tauru usq; ad Taurum, & à Geminiis usque ad Geminos, annus est. *Auerso autem astro, duplex lectio est:* nam alij aduerso legunt, cum Cane enim nascitur Sirius, qui est terris aduersus, de quo legimus. Ille sitim morbosque ferens mortalibus ægris Nascitur, ut *Auerso* sit pestifero, & contrario mortalibus. Si autem *Auerso* legerimus. *Cum subaudiamus necesse est*, ut *Atque Ixionij* vento rota conficit orbis: id est cum vento. Ut sit sensus, quo tempore etiam canis cedens, occidit eum auerso astro: id est cum Argo: quæ & ipsa media est, sicut Taurus: & à puppi oritur. cui Canem constat esse coniunctum. *Excedens*, aut locum dans, ut & Argo occidat, nam *Canis* occasum & nauis occasus sequitur, aut certe *Cedens* Canis: non recedens, sed incedens accipimus & se mouens. Tempore enim quo in Tauru sol est, etiam Canis ad ortum festinat. Quod autem

ait *Oedipus*; ad aspectum nostrum retulit, nam ortus & occasus duo sunt. *Vnus* *h[ab]et*, id est Solaris; & alter *h[ab]et*; id est mundanus, vnde fit ut ea signa, quæ cum sole oriuntur, à nobis non possint videri, & ea quæ videmus, quantum ad solis rationem pertinet, videantur occidere: secundum quod nunc ait *Oedipus canis*. Nam canis paratello est *Canceris*: id est cum eo oritur. *Cancer* autem quo tempore Sol in *Tauro* est, post horam quartam diei oritur. Nam *Taurus* & *Gemini* binas horas tenent. Nigidius commentator *Sferæ Græcane* oritur enim *Canicula* cum *Canceris*, in columnen venit cum *Geminis*, occidit cum *Tauro*: sic ergo sit, ut *Canis* nobis occidat, quantum autem ad solis pertinet cursum, in ortu esse videatur. Secundum hanc rationem etiam paulo post dicturus est, Ante tibi *Eoæ* *Atlantides* abscondantur. Nam *Eoæ* ait in ottu Heliaco poëtis: vnde & tibi abscondantur intulit. Hunc *Canem* alij Icari putant patris *Erigone*, qui mortem patris filiæ nuntiauit: alij hunc esse quoddam custodem Europæ, quem nulla fera potuit effugere, quique à vulpibus quondam liberauerit *Thebas Triacheam in Messem*. Ad messem tritici, vel segetis. *Robustaque farra*. *Frumenta*, quæ plus habent virium, quam leguminæ: quo tempore nobis *Atlantides* occidunt, sunt serenda. *Atlantides* autem, licet septem fuisse dicantur, sex tamen sicut supradictum est, videntur in cœlo, quæ *Nouembri* mense nobis incipiunt non videri. Cum enim Sol in *Scorpione* fuerit, oriente *Scorpione*, occidit *Taurus*, in quo *Vergiliæ* sunt, id est sexto Idus *Nouembri*. Ergo *Eoæ* mane abscondantur, non est enim *Atlantidum* epitheton *Eoæ*, sed *Eoæ* matutinæ, modo enim vespera, modo media nocte, modo mane oriuntur, vnde & tibi abscondantur, id est spectando nec occident. Alij ita exponunt, *Eoæ* appellatas quasi quæ semper mane oriuntur. Ergo ante occidere *Vergiliæ* debent quam fero sit, quæ *Vergiliæ* aliqui sunt *Eoæ* cum oriuntur, non cum occidunt. Has autem alij volunt, iouis, alij liberti nutrices, alij verò ipsas fuisse adserunt *Hesperidas*. *Exercitus*, pro exercutis. *Solisque instabiles aristis*. Non leguminibus, sed solis segetibus. *nstabiles: pro institeris*. *Aristis*. Et hic sicut supra, per aristas frumenta significat. *Gnostique ardantis stellæ corone*. Et hoc ad superiora pertinet. Cum enim coronæ pars oritur occidit *Taurus* in quo *Vergiliæ* sunt. Decedat autem non pro occasu dicitur, sed Soli cedat, quo in *Scorpione* posito cum ortu ipsius oritur. Fabula verò de *Corona* talis est. Cum Liber pater Ariadnen Minois Crete filiam regis vxorem duceret: *Vulcanus* ei coronam obtulit, quam ille ad yxoris insigne inter sydera collocauit. Et stellam per poetam licetiam dixit, ceterum sex sunt, quibus in cœlo declaratur corona. Alij hanc fabulam ita adserunt, *Theseum* cum ad interimendum *Minotaurum* Cretam venisset, miseratam eius Ariadnen auxilium ei ad occidendum filo ducto, *Minotaurum* præstuisse, *Theseum* verò Ariadnen ut pote salutis auëorem secum auexisse, qui cum ad *Naxum* insulam delati essent, Ariadnen ibi vel consulto, vel necessitate, vel monitu Mercurij à *Theseo* derelictam, quam cum Liber pater adamasset, coronam ei dempti pudoris, sicut supradictum est, dicitur obtulisse, quam etiam inter sydera postea collocauit. *Gnosia* autem Crœtica ab urbe Crete, quæ *Gnosia* dicitur. Et stellæ dicitur Crœtica, quia ad laudem illius, quæ Crœticæ regis filia fuit in cœlo est posita ipsa corona. *Sulcis* Arationibus. *Committas semina*. Quasi custodibus fidis *Inuidæ terre*. Quæ quasi coacta rusticorum labore, & non sponte, fructus profert: alij, si non suo tempore seratur. *Anti spem*. Vnde tu annum spes posse deducere. *Ante occasum maie*. Ante occasum *Atlantidum*. & hoc est quod ait, quam *Atlantides* abscondantur, nam *Maia* vna est de ipsis *Atlantidibus*. *Vanis*. Vacuis. Eludit. Decepit.

Si vero viciāmque seres, vilenque fasellum:
Nec Pelusiæ curam aspernabere lenis:
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes:
Incipe, & ad medias sementem extende pruinias.
Idcirco certis dimensum partibus orbem
Per duodenæ regis mundi sol aureus austra.

Si vero viciāmque seres. In quodam adespoto Græco sic positum est, περιστροφή φάσιν τοῖς φέροντας, πολὺ μὲν απότελεσμα τούτη μήχανη τε τετράτοι. *Vilenque fasellum*, pluviatum, abundantem, nam omne quod abundat vile est: vt, *Vilibus aut onerat pomis*. *Nec Pelusiæ curam aspernabere lenis*. Pelusium vnum est de septem ostiis Nili, vbi primum lens inuenta dicitur, vel vbi optima nascitur. Vnde καὶ ἡ λόγου locutus est. *Aspernabere autem*, id est, contemnes. *Lenis*. Ac si dicat, *Etiūm* inter alia lentem seras. *Haud obscura*, hoc est clara. *Mittet tibi signa Bootes*, *Si viciām, & fasellum, & lentem serere volueris*, occidente Bootes debes incipere. *Cadens Bootes*. Occidens, Verno scilicet tempore. Tunc enim Bootes occidit. *Quod autem subiicit, Incipe, & ad medias sementem extende pruinias*. Omnia complexus est tempora: & vernum scilicet,

- A scilicet, quo legumen seritur: & Autumnale, quo frumentum. Et multi volunt ita hanc partem astrologiae librasse Vergilium, ut in omnibus utrumque tempus significaret, Vernalē & autumnalē. Vnde & supra binā signa memorauit. Taurū cum Cane: Atlantidas cum corona. Tamē nos, quantum ad necessitatem huius loci pertinet, hæc dixisse sufficiat: nam maioris prudentiæ est ad subtilem harum rerum scientiam peruenire: adeo ut sequentem rationem zonarum Metrodorus philosophus vix quinque expresserit libris, insertis tam Astronomiæ quam Geometriæ partibus, sine cuius lineis haud facile zonarum deprehenditur ratio. Idem etiam Metrodorus assertit fructu culpari à plerique Vergilium, quasi ignarum astrologiæ: cum eum constet operis lege compulsum, ut quedam exponeret quæ oblitera videntur ideo, quia à naturali ordine sunt remota. Ut autem omnia non diceret, rusticatum personarum habuit considerationem, & ipsius est operis breuitate compulsum.
- B At medias pruinias. Hoc est quod supra ait, vñque sub extremum brumæ. Medias autem pruinias abusive ipias hyemes posuit, medium enim pro legitimo dixit. Dīmenūm partibus orbem. Annum diuīlum in quatuor tempora. Et per duodecim signa, duodecim menses accipimus. Per duodenā. Multi pro duodecim accipiunt, ut binā manu late c. a. F. & septenāque tela. Alii quia quotannis per eadem ineat: duodenā ergo sēpius duodecim signa.*

*Quinque tenent cœlum Zone: quarum una corusco
Semper sole rubens, & torrida semper ab igni:
Quam circum extreme dextra, lenaque trahuntur
Cœrulea glacie concreta, atque imbris atris.
Has inter, medianaque, dua mortalibus agris
Munere concessa diuum: & via sella per ambas,
Obliquus quæsi signorum verteret ordo.*

- C Zone. Id est plagæ vel circuli, quorum primus Septentrionalis, vel, ut quidam volunt, Aquilonius. Zone, Circuli, qui cœlum ac terram, veluti Zone cingunt. Translatiue, nam proprie Zone in terris, sed pro parallelis, id est circulis posuit. Septentrionalis, Aestialis, Aequinoctialis, Brumalis, Australis. Corusco Semper sole rubens. Corusco ardenti, hoc est æquinoctiali, & bene à media coepit ut necessario extremas & habitabiles concessas mortalibus diceret. Torrida. Sicca quod numquam sol inde discedat. Quam circum extreme. Bene extrema addidit, id est Borios & Notios, ne eas, quæ circa ignem sunt intelligeremus, quas constat esse temperatas vicinitate caloris & frigoris, quarum unam nos habitamus, alteram antipodes: ad quos hinc torrente Zona hinc frigidis ire prohibemur. Antipodes autem dicuntur, quod cōtra nos positi sunt contrariis vestigiis. Terram enim dicunt vndique cœlo & aere cingi. Per has autem duas Zonas in obliquum vertitur signifer circulus, qui solis continet cursum. Vnde etiam sit, ut duas Zone frigidissimæ sint, ad quas numquam accedit: vñā feruens, à qua pene numquam recedit: duas temperatæ, ad quas vicissim venit. Trahuntur, pro extenduntur, aut sine intermissione vertuntur. Cœruleæ frigore scilicet, quia ipse color conuenit frigori. Dæ mortalibus agris. Sicut dictum est temperatæ ex calido medio, & frigidis extremis circulis. Per ambas. Cum ritet utræque temperatam, ipsa præpositio Per pro inter accipienda est. Quæ per quam.

*Mundus ut ad Scythiam, Riphæasque arduis arcæ
Confurgit, premitur Libya deuexus in Austros.
Hic vertex nobis semper sublimis: at illum
Sub pedibus Styx arra videt, manusque profundi.
Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis
Circum, perque duas in morem fluminis arctos,
Arctos, Oceani metuentes aquore tingi.*

- E Mundus ut ad Scythiam. Iam hic definitio est nostri climatis, id est nostræ habitationis: quæ à Septentrione incipiens, in Australi definita plaga. Riphæas autem arcæ, Scythiam dicit: cuius sunt montes Riphæi. Quoniā Borius circulus totus supra terrā est, videoque ab aratro hic apparet ille id Australis vocatur obscurus. Sane aliqui mundū pro cœlo accipiunt hoc loco, qui modum nomen volunt esse vniuerſæ naturæ. Censū git premiur. Deest ita, ut sit ad Scythiam confurgit, ita premitur in Austros,* premitur contra deuexus in Indos, & fecerat supra Afros. Libya deuexus in Austros, quoniam Notius circulus totus infra terram, est & premitur, quasi deprimitur. Arduus, Excellus, & summo vertice arctatus. Hic vertex nobis semper sublimis. Id est

hæc pars mundi à nobis semper videtur, hoc est Scythia, que Septentrioni subiacet. At illum A
sub pedibus Styx atra videt. Id est, axem noticum, id est, australēm, qui à nobis nunquam videtur: si-
cūt Boreus, id est Septentrionalis semper videtur. Et sicut varie philosophorū opinione sunt:
ita & hic varie loquitur. Nam alii dicunt à nobis abscedentem solem ire ad Antipodas alii ne-
gant, & volunt illuc tenebras esse perpetuas. Mire autem ait Styx quasi de inferis *Styx atra vider-*
mare quo profundi, ut ostenderet illud quod dicunt Philosophi, recedentes hinc animas & illuc a-
lia corpora tolliri. Vnde & Lucanus ait, Regit idem spiritus artus Orbe alio. Quod verisimile est,
quia dicuntur animæ, aut igni, aut vento, aut aqua purgari: quod ut fiat accele est, dum aut per
frigidas plágas, aut igneas transirent. Et licet alii hoc à Virgilio dictum per poëticam licentiam
velint: tamen sciendum est eum poëticæ licentiae inservire philosopham. *Maximus anguis. Vel*
quia ipse cæteris est maior, vel quia ad Scythiam, vel quia inter duos arctos. Sane hunc draco- B
nem quidam oceum, & inter sidera conlocatum à Minerua dicunt: Alii hunc esse quem Her-
cules custodiéntem mala aurea Hesperidum oecidit. *Hic pro illuc. Circum perque duas.* Et circum
enim, est & per, nam per utrāque labitur, id est, inter duas maiorem cauda tangens, alio com-
pletæ minorem. *In morem fluminis arctos. Hesiodus more apud Virgilium. Ocean metuentes aqua et tingi.* Hoc refertur ad fabulam: Nam hæ duæ pellices Iunonis fuisse dicuntur: quas postquam Jupi-
piter in syderum retulit numerum, Iuno rogauit Tethys suam nutricem, ne vinquam eas patere-
tur occidere. Vnde nunc metuentes dixit, scilicet nutricem Iunonis. Sunt autem hæ Helice, & Cynosura, de Helice Lycaonis filia amata à Ioue & à Iunone in vrlam mutata supra dictum est. Cynosura quod caudam caninam habeat, hanc Fœnicem vocitatum quidam ferunt, Diana co-
mitem, iraque ius, quod grauida esset inuenta, in vrlam esse muratani, atque eiusdem rursus mi-
sericordia syderibus insertam. Quidam prodidere has nymphas fuisse Cretenses, Iouis nutrices,
& ob meritum consecratas, quæ ideo non occidunt, quia secundum clima nostri coeli Arctous
circulus, in quo cardo conuertitur, infra orizontem non venit. Nam reliqua signa dicuntur om-
ni nocte in Oceano tingi.

Ilic (ut perhibent) aut intempesta filet nox

Semper, & obtenta densantur nocte tenebra:

Aut redit à nobis aurora, diemque reducit:

Nox, ubi primus equis oriens affluit anhelis,

Ilic sera rubens accendit lumina vesper.

Hinc tempestates dubio praediscere celo

Possimus: uno mesisque diem, tempisque serendi:

Et quando infidum remis impellere marmor

Conueniat, quando armatas deducere classes,

Aut tempestuam in syliis euertere pinum.

Ilic. In Australi, id est obscuræ axe. Scilicet poëta, nam in rebus dubiis suam denegat fidem.
Intempesta, inactuosa, alta, densa, crassa, qualis est intempesta. Posse autem hoc fieri in aliqua par- E
*te mundi, ut pene sibi totum vindicet nox, probat Britannia: quæ lucis diues, vix quoddam spa-
tium noctibus cedit. Aut intempesta filet, quia Epicurei dicunt non ire Solem per alterum he-
mispherium, sed semper his ab ortu colligi cinctillas, & fieri orbem solis. Obtuta. Obducta. Et*
*obtēta sicut ostēta, ab eo quod est enim ostendor veteres participiū ostentus, non ostensus dice-
bant, ipse alibi prætentaque Syrtibus arua Terentius in Eunicho, An ego occasiō nō mihi ostenta-
rā tā brevē. Similiter & illud in Formione: Neḡ me nūc domū recipere, nūm hi effet ſtēs ostē atq; haif-
ce habende. Redit à nobis, id est ad illos, & hoc secundum Stoicos, qui dicunt Solem vicissim per
utrumque hemispherium ire, & alternis noctem facere. Sera pro iero, ut Seramque dedit per
membra quietem. Accendit lumina vesper. Bene accedit lumina vesper, poëtice, ut ipse vesper ac-
cendat, non homines, & iæpe hac figura vritur. Iam falcam arbusta reponunt. Diemque reducit. Ut
quando discedit à nobis, & dies clauditur: nunc illuc sit Aurora, Affluit anhelis. Cursu anhelan-
tibus: Sera. Nocti vicina. Vesper. Stella, quæ & Venus & lucifer dicitur. Nam Vesper eo quod qui- F
buldam mensibus vespere: Lucifer autem dicitur, quod quibusdam manu oritur. Hinc tempe-
statis, id est ex hac causa, ex hac ratione astrologia. Ex hac temporum scientia vel syderum ob-
seruatione. Et hoc contra Epicureos, qui dicunt aceruum stellarum sine causa esse. Et iam con-
clusio est: Nam hoc dicit, Non sine causa intuemur ortus siderum & occasus: hinc enim vniuer-
sa noscuntur. Dubio celo. Id est, etiam dubio celo: Et bene dubio, nam idei alibi celi fraudem
dixit, quod nunc prospera, nunc aduersa vigerit. Prædicere, præuidere. Mesisque diem. Pro
tempore. Tempusque serendi. Id est autumnale. Infidum. Cui nullus potest, aut debet comit-
tere*

A terē fidem, nam subito fallit hominem. Marmor. Mare. Quando armatas deducere classes. Id est quando sit tempus ad agendum nauale p̄tium, Armatas deducere classes, aut quia in pupibus insigebant arma nautigantes, ut præfigere puppibus arma, aut instructas armamentis suis. Tempestiuam pinum. Opportunam, nam tempore importuno hæ cæſe arbores cito termites faciunt, ita enim ligni vermes vocantur. nam hac re etiam rustici Lunæ cursum obseruare dicuntur, melius enim arbores Luna decrescente ceduntur.

Nec fruſtra ſignorum obitus, ſpeculamur & ortus,
Temporibusque parem diuerſis quatuor annum,

B Frigidus agricolam ſi quando continent imber,

Multa forent que mox cœlo properanda ferent,

Maturare datur, durum procudit arator

Vomeris obtus dentem: cauat arbore linters:

Aut pecori ſignum, aut numero impressu aceruis.

Exacuant ali vallos: furcasque bicornes:

Atque amerina parant lente retinacula viti.

C Nunc facilis rubea texatur fiscina virga:

Nunc torrete igni fruges, nunc frangite ſaxo.

Nec fruſtra ſignorum obitus, s.e.o. Perſeuerauit contra Epicureos. Obitus autem Occafus. Temporibusque parem d.g.a. De rebus contrariis fecit declamationem dicendo parem ex diuerſis, vel ſemper ſibi conuenientem. Re vera enim nihil eft tam contrarium inter ſe, quam ætas & hyems & tamen de his annis efficitur. Frigidus agricolam. Non generaliter frigidus, fed quando frigidus fuerit, & quaſi titulus eft. Agricolam nunquam vacuum eſſe debere. Continet. Ut non poſſit propter frigus & imbre, agriculturam exercere. Continet autem. Detinet & impedit. Multa forent que mox cœlo properanda ferent, Maturare datur. Ordo eſt. Multa maturare datur, que forent in ſerenitate properanda ferent cœlo. Nam male quidam forent, eſt temporis praesentis voluntat ſit ſenſus. Multa ſunt properanda, que maturè datur, mox cœlo ferent. id eft, in vſum cœli ferenti. Quod non eft idoneum, licet re vera fore tantum ſemper futuri ſit temporis, nullum foret. & p̄teritorum & praesens & futurum complectatur. Sallustius. Ni virius fidelisque veſtra ſpeſta mihi fore, ideſt eſſet. Et ordo eſt. Muſta maturare dantur, & diligenter facere, que velis cœlo ferento properanter facere, non diligenter poteris facere, dum festinas & tardius ad laborem redibis. Oportet ergo ut dum domi reſides, ea qua tibi præparare potes, & neceſſaria vides, parare ſtudeas, ut cum fuerit ſerenitas data, statim ad laborem prodeas. Sanè maturare duas res ſignificat, aut in oto, & ſuo tempore facia maturata dicuntur, aut accelerata & ante tempus acta, quod hic ſignificat. Cato, properate dicte eos, qui prima quæque ordine ſuo maturare tranſigunt, festinare autem illos, qui multa in piunt, eaque adnectendo, nec terminando præpediant. Aulus Gellius: maturè veluti celeriter dicimus. Nigidius maturè fieri quod neque cito, neque tardè fiat, quod hinc debet intelligi, quia poma, que neque acerba ſunt, neque putida, matura dicuntur. Procudit. Cudendo extenuat. Id eft prodiſt tundendo, & bene, quia praefuerat multa, enumerat ſingula. Vomeris obtus. Heberis, & obtusum eft quicquid ſine acuminne eft vel calore, ut non obtus ideo geſtamus. p.p. & Antiqui tamen in litteram addebat, quod nos propter euphoniam in aliquibus detraximus, ut obtusus in aliquibus remansit, ut tunus. Obtus autem, reu'erberati & acumine carens. Dentem. Acumen. Arbore. Linters. Fluuiatiles nauiculas. Sanè non ſine ratione linterum meminit, quia pleraque pars Venetiarum flaminibus abundans, linteribus exercet omne commercium, ut Rauenna, Altinum. Vbi & venatio, & aucupia, & agrorum cultura linteribus exercetur. Alij linters, in quibus vna portantur, accidunt. Aut pecori ſignum, aut numeros impressu aceris. Id eft facit aut characteres, quibus pecora signantur: aut tefſeras quibus frumentorum numerus designatur. nam numeros pro litteris poſuit, quibus numeri continentur. Sed hoc non de xſtate, qua signari vel fruges, vel animalia ſolent, ſed de hyeme, qua imber frigidus eſſe poſt. Loquitur autem hoc, ſe-

D cundum ea que aliter dicuntur, aliter audiuntur, ut dictum eft. Amerina retinacula. Virgas de quibus vites religantur, que virgæ abundant circa Amerinum oppidum Italiam, cuius crebram in Roſciana facit Cicero mentionem. Alij genus ſalicis dicunt, dispari colore & cetera ſalice: nam eft rubra, & ad connectendum aptior, quia p̄ter morem lenta eft, que nunc quoque Amerina à rusticis dicitur. Lente autem flexuofæ. Hic computat ea que quilibet domi poſt facere, dum ab agricultura pluuius impeditur, aut nimium frigus terram conſtitute.

git, cuncta enim utilia sunt humano usui quæ hic dicit, & quo quis tempore possunt fieri. *Exst* A
euunt. Repurgant & reformant in altitudinem pristinam. *Vallos*. Fossas, & muros de terra factos.
& glebis, qui sunt in circuitu cohortium & vinearum; aut quibus aquæ ducuntur de locis a-
quo quis. *Vallos*, quos aliqui palos, *Græci* χάρακες Homerus οχάστας. *Elius Gallus* de verbis ad
iis ciuile pertinentibus, *vallos* regulas grandes, quæ supra collicias infima ponuntur appell-
at. Alij *vallos* hic quadridentes dicunt. nam *vallos* qui scolopes dicuntur ante muros ponit, ut
Rescindit vallum, & scalas ad moenia p. *Bicornes*. Duorum cornuum. *Facilis*. de qua facile ali-
quid fiat. Vnde faciles homines qui hac & illac cito dicuntur. Ergo *Facilis* quæ cito legitur,
vel soluatur. *Rubra virga*. Quæ abundat circa Rubos Italiæ oppidum. *Horatius*, *Inde Rubos fessi*
peruenimus. Id est ea virga quæ apud Rubos plurima nascitur. An à rubo cuius meminit, ferat &
robos asper amomum. *Fiscina* genus est vasus, id est corbulæ breuis, quas perferunt qui arbusta B
vindemiant. *Lucilius* in quinto, *Fiscina fallaci cumulo*. *Nonius* in Andromachia: *Quod tu mi Gna-*
re, quæ so ve in pectus tuum demittas; tamque *vindemiantur in fiscinam*. *Plautus* in Mercatore, *Vobiscum*
habete cum porcis, cum fiscina. Nunc torret igni fruges e. f. f. præparate panem, quo utramki in seren-
itate, ne eares impedimento sit postea; multi tamen de certo frugum genere dictum volunt.
Nam sat, minium, panicum moli, nisi ante fuerint tolta, non possunt. Nam quod ait saxo fran-
gite, potest accipi & pindere, quod significat pilo tundere, quia & vulgo cauatum saxum pilum
dicimus, quæ omnia fieri oportet, propter facilitatem molendi. Multi astrologiam putant, quia
ante est molere, quam coquere. Nonnulli tradunt rusticos solitos, si quando ad excudendas
fruges essent imbris impediti, spicas integras condere, & prout indiguisset usus, hieme tor-
rere, quo facilius agluma sua separatum triticum molerent. Alij non accipiunt Husteron pro- C
teron, sed modo hoc, modo illud facito, ut diuersa videatur.

Quippe etiam festis quedam exercere diebus,
Fas & iura sinunt. riuos deducere nulla
Rellugio vetuit: segeti pretendere sepem:
Insidias aubus moliri: incendere vepres:
Balantiumque gregem fluui mersare salubri.
Sape oleo tardis costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis: lapidimque reuertens
Incusum, aut atra massam picis urbe reportat.

Quippe etiam festis quedam exercere diebus. Non mirum est rusticum aliqua facere debere per
pluias, cum sint quedam quæ facere possit etiam festis diebus. Sunt enim aliqua quæ si festis
diebus sunt, ferias polluant: quapropter & Pontifices sacrificaturi, præmittere calatores suos so-
lent, ut sicubi viderint opifices adstantes, opus suum prohibeant, ne pro negotio suo, & ipsorum
oculos, & ceremonias deum attaminent, feriae enim operæ deorum creditæ sunt. Sanè ferias ter-
ram ferro tangi nefas est, quia feriae deorum causa instituuntur, festi dies hominum quoq; *Fas* E
& *iura simus*. Ideo, diuina humanaque iura permittunt. Nam ad religionem fas, iura pertinent
ad homines. Et non sine causa hoc dictum a Virgilio gnaro totius sacrorum ritus ponitur. reli-
giose enim esse dicuntur, qui facienda præmittendarumq; rerum diuinarum secundum mo-
rem ciuitatis delectum habent, nec se superstitionib. implicant. Cum ergo hic dicit, festis quæ
dam exercere diebus *Fas* & *iura* sinunt, & nulla *rellugio* vetuit, ostendit multa quæ ad rem diu-
nam pertinet ex præcepto & posse fieri, & vitari, ab his scilicet, qui religiosi, ut supra dictū est,
appellantur, quem mortuus Poëta agendo aliud subtiliter docuit: *Riuos deducere nulla Relligio ve-*
tuit: segeti pretendere sepem. Insidias aubus moliri incendere vepres. Deducere Id est, siccare. Nam irriga-
re inducere est, v. Deinde latus fluuium inducit. Sanè sciendum secundum Vartonom contra
religionem esse, vel si irrigantur agri, vel lauentur animalia festis diebus. Nymphæ enim sine F
piaculo non possunt moueri. Sed sciunt necessitati religionem cedere: Vnde perit Virgiliius
ait, *Balantiumque gregem fluui mersare salubri*, id est, salu: fero. Nam dicturus est in tertio scabie
tentati animalia, nisi lauentur. De irrigatione vero nihil ad hunc pertinet locum, quia *Dedu-*
cere, vt diximus siccare significat. Sed qui disciplinas Pontificum interius agnouerunt, à die fe-
sti sine piaculo dicunt posse fieri, quæ supra terram sunt, vel quæ omnia, nocent, vel quæ ad
honorem deorum pertinent, & quidquid fieri sine institutione noui opetis potest, ut riuorum
inductionem sic accipiamus, per fossam vel pratum purgatum deducere, id est emittere, quo-
niam cautum in libris sacris est, ferias denicalibus aquam in pratum ducere, nisi legitimam

non

- A non licet, exteris feriis omnes aquas licet deducere. Ergo hic, ut aliquibus videtur, deducere purgare est, & fordes emittere, quæ præcludant aquam, id est à Pontificibus, ut nouum fieri non permittitur feriis, ita vetus purgari permittitur. Alij hoc secundum augurale * cuius dictum tradunt, quod etiam in bello obseruetur, ne nouum negotium incipiatur. Ergo riuos deducere, non est nouum negotium, & potest hoc illuc referri: quique paludis collectum humorem, bibula deducit arena. Sanè quæ feria, à quo genere hominum, vel quibus diebus obseruentur, vel quæ festis diebus fieri permissa sint, si quis scire desiderat, libros pontificales legat. Vetus prohibuit: Pretendere sepiem. Circundare, & opponere. Et subaudi nulla religio vetus. Infidias autibus moliri. Id est aucupia facere. Incendere vepres. Hoc etiam sicut & priora, licet festis diebus agere. Balantiumque gregem, Id est ouium. Mersare. Frequenter mergere, propter scabiem. Fluvio salubri, non est epitheton amnis, sed ad factum refertur. Sæpe oleo. Et hic aut coniunctio esse debuit, vt est, illa Notos atque atra volins in nubila fugit, pro & in Notos, vt esse. Sæpe aut oleo aut vilibus onerat pomis, & bene rusticorum laudat industriam. Costas aselli. Aut vera costas, aut clitellas, vt Horatius, *Hinc mili Capua clitellas tempore ponunt. Agitator. Verberator.* Dicitus ab agendo, ac per hoc asinarius dicitur, *Vilibus pomis.* Abundantibus, quia vulgo nascuntur: vt Vilémque facellum. *Lapidemque reuertens Incusum.* Molam manualem cedendo asperatam, & bene verbum vulgare vitauit. *Massam picis urbe reportat.* Aut qui oleum, vel pomma portauerat ad urbem, aut certe ideo ait *Reportat,* quia pix in agris nascitur, & in urbe distracta, in agrum à plerisque reportatur. Varro dicit antiquos nundinas, feriatis diebus agere instituisse, quo facilius commercij causa ad urbem rusticci commarent, & bene per hæc omnia quæ superius dixit, ostendit ferias non pollui.
- B

C

*Ipsa dies alios alio dedit ordine luna
Fælices operum, quintam fuge: pallidus Orcus,
Eumenidesque fate: tum partu terra nefando
Cœcumque, Iapetumque creat, sauvemque Typhœa
Et coniuratos cœlum rescindere fratres.*

D

*Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
Scilicet atque Ossa frondosum inuoluere Olympum:
Ter pater extructos disiecit fulmine montes.
Septima post decimam felix, & ponere vites,
Et prenso domitare boves, & licita tele,
Addere, nona fuga melior, contraria furtis.*

- E *Ipsa dies alios alio dedit ordine luna. Plenissime de lunæ diebus omnibus expressit Hesiodus* *lunæ d' èndiæter megalaympos. o' xæt' usig' me gæt' y' d' u' d' u' r' g' l' i' p' j' r' i' m' t' r' v' t' y' i' s' d' a' p' g' l' u' d' a' r' n' d' y'.* quam rem breuiter iste prælibat. Sed est ita, quoque luna omnes dies felices dedit sed alios aliis rebus aptos. Indo ait felices, & hoc est ad opera sumenda aptos felicibus operis. Alij felices pro secundis accipiunt, ut felicemque trahit limum. *Alio ordine.* Hoc est, nou omnes dies facit æquales, sed diuersi ordinis & modi, cum ipsa sit vna & eadem. *Felices operum.* Quibus feliciter possunt opera exerceri, vel ad opera sumenda: vel certe *Felices*, aptos felicibus operib. *Quintam fuge.* Ut quinta luna nullius operis initium sumas. Dicitur enim hic numerus Mineruæ esse cœlestratus, quæ sterilem esse constat. Vnde etiam omnia sterilia quinta luna natæ esse dicuntur: vt, *Orcus, Furæ, Gigantes, Pallidus orcus.* Quia pallidos facit, nā ipse niger est. Probus, orbus legit. Corñutus verat aspirationē addendam. *Hesiod.* orcu quinta luna dicit natum. Celsus, vt Iurisurandi deum pallidum dictum, quia iurantes trepidatione palefunt, nam apud Orcu defunctæ animæ iurare dicuntur, ne quid suos, quos in vita reliquerunt contra fatæ adiuuent. *Orcus, Plutor, deus inferni. Eumenides fate,* id est natæ. &, vt sæpe dictum est, *xæt' d' r' n' u' p' s'.* Eumenides vocantur. Quod non habent bonam voluntatem, id est mentem, sicut Parc, quia nulli parcant. *Nefando. Sacilegio. Cœcum, Nomina sunt Gigantum.* Per Cœcum autem & Typhœum, & Iapetum, omnes gigantes intelligimus: quos quinta luna dicit esse natos. *Et coniuratos cœlum rescindere fratres.* Othum & Ephialtem dicit, qui fuerunt filii Næ-
- F

ptuni, & nouem digitis singulis crecebant mensibus: qua freti altitudine cœlum voluerunt. A
uertere: sed confixi sunt sagittis Apollinis & Diana. Pelio ossam. Monti Thessalitæ. Pelio o longa est: sed fibreus sequente vocali: vt, sub Ilio alto. Ossam. Alium montem Thraciæ. Olympum.
Tertium mōtem Macedoniæ: & tertium quasi maiorem in uolere ait: Pater. Iuppiter. Dis secescit.
Deicxit. Septima post decimam felix. Aut septima undecimam dicit, aut hoc dicit, Felix quidem
est septima, sed felicior decima: vt primum locum decima tribuat, quæ sit valde felix, secun-
dum septima: quæ post decimam felicitatem sit secunda: vt ea nulla sit felicior, excepta decima.
Aut certè sicut quidam volunt, quartam decimam dicit vt felix sit septima duplicata: id est, cu-
ius numerus post decimam inuenitur: quo die re vera melius vites ponimus. Domitare boues.
Instruere, quomodo possint ferre laborem arandi: & sciant ad iugum pariter incedere. Non ea fu-
ge melior, contraria furtis. Non ut quibusdam imperitis videtur, Virgilius aut fugam seruis suadet, B
aut eis indicat dies quibus se à rapinis abstineant. Nam & fugam de protectione & cursu legi-
mus: vt. Simul arua fuga, simul æquora verrunt, vnde velocem equum fugacem dicimus: & fu-
ga poneat etiam honesta esse, vt si quis hostem, si quis imminentem tyrannum, si quis saevum
iudicem fugiat. Contraria autem furoris illuc spectat, vt domino sit spes iuueniendi quod ami-
scit, & seruus rapere aliquid aufugiens formidet.

Multa adeo gelida melius se nocte dedere:
Aut cum sole novo terras irrorat Eōus.
Nocte leues stipula melius, nocte arida prata
Tendentur, nocte lentus non deficit humor.
Et quidam seros hyberni ad luminis ignes
Peruigilat, ferróque faces inspicat acuto.
Interea longum cantu solata labore
Arguto continx percurrit pettine telas:
Aut dulcis musi Vulcano decoquit humorem,
Et foliis undam tepidi despumat abeni.
At rubicunda Ceres medio succiditur astu,
Et medio rostas astu terit area fruges.

Adeo. Valde. Terentius, Adolescentem adeo nobitem. Melius se nocte dedere. Per noctem melius
nostro obsequuntur labori. Nocte autem non est aduerbiū, sed nomen ablatiuīque casus, adeo
vt ei Horatius iunxit præpositionem: vt, i' t' iugulēt homin's surgunt de nocte latrones. nam ad-
uerbiū Noctū facit, sicut Diu, Sallustius, Diu noctiūque labore festinare. Sole novo. Oriente die,
& sole adhuc recenti, neendum feruenti. Irrorat illutrat. Aut similičiter irrorat, matutino enim
tempore ros cadit. Et dicit hoc loco, & die & noctu insistendum labore. Eōus. Id est lucifer, de
quo etiam Cinnaz in Smyrna sic ait, Te matrimonium flentem confexit Eōus, Et flentem paulo videt
post Hesperus idem. Arida prata. Iam matura Tondensur. Secantur. Noctis. Accusatiū pluralis.
Non deficit. Non deserit. Vnde & qui deserunt exercitum ad hostes transeuntes, defectores vo-
cantur. Seros ignes. Nocturnos. Faces inspicat. Incidit ad spici & aristarum imaginem. Arguto:
Sonoro, stridulo. Aut dulci musi Vulcano decoquit humorem. Hypermetrus versus est: vnde & se-
quens à vocali inchoat. Bene autem ait, Decoquit humorem, id est rem superfluum: sicut supra
posuit, luxuriem legetum tenera depasit in herba. Abeni. Vasis in quo coquitur vinum. Et
tepidum dicitur: quia quod bullit, quasi tremere videtur. Abeni. Ex æte facti. Ceres. Frumentum.
Medio astu. Id est per diem, quando astus est.

Nudus ara sere nudus: hyems ignara colono.
Frigoribus parto agricola plerunque fruuntur:
Mutuaque inter se lati coniuncta curant:
Inuitat genialis hyems, curasque resoluit:
Ceu pressa cum iam portum tetigere carine,
Pupibus & lati nante imposuere coronas.
Sed tamen & quernas glandes tunc stringere tempus,
Et lauri baccas, oleamque, cruentaque myrtas,
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis:

Auritoſque

Auritosque sequi lepores:tum figere dammas,

Stupea torquentem balearis verbera funde:

Cum nix alta iacet:glaciem cum flumina trudunt.

Nudus arasere nudus. Sic Hesiodus, γυμνὸς οὐεῖσθαι, γυμνὸς ἐποτίων, γυμνὸς ἡ μάρασση. Id est, adeo freno coelo ut vestimentis non egeas. Sanè quidam post hoc hemeristicum dicitur subsecutus. Habebis frigore febres. Nam non dicit nudum esse debere, quasi aliter non oporteat aut possit: sed sub tanta serenitate dicit haec agenda, ut & amictus possit contemni. Hyems ignava colono. Quæ ignavum reddit colonum. Parto. Parato. Agricole plerunque fruuntur. Dicit agricultor per hyemem his frui quæ aestate parauerint. Plerunque autem dicit, quia dicturus est aliqua qua rusticus etiam hyeme possit efficere. Genialis hyems. Coniuinalis, voluptuosa. Nam quotiens voluptati operam damus, indulgere dicimus Genio. Vnde è contrario habemus in Terentio, *Suum defraudans Genium*. Genium autem dicebant antiqui naturalem deum vniuersitatis que loci, vel rei, aut hominis. Curasque resoluti. Quiuscere facit à labore & curis. Pressa carina. Oneraria. Cum iam p.t. Dat comparationem de nauiganticibus: quod sicut illi expleta iam nauigatione, & positis in sicco nauibus læcantur, & epulis vacant: sic etiam rustici finitis completisque astutis laboribus hyeme coniuiri celebrant, & à curis soluuntur. Imposuere coronas. Aut te vera coronas: aut spiras funium accipimus. Sed tamen & q.g. Sunt aliquæ derivationes ex usu magis quam ex ratione ventientes: vt querulus, ficalinus, ilignus, colurnus, à corylo, ilice, fice, queru. Cruenta. Matura. Cruenta autem ideo, quia matura, cruxis colore imitantur. Pedicas. Laqueo quibus pedes illaqueantur. Auritos lepores. Maiores aures habentes. Horatius alter ait, *Dicitum & auritas fidibus canoris Duce quercus. Sensum audiendi habentes. Balearis funde. Hispanica età Balearibus insulis Hispania, ubi inuenta est funda.*

Quid tempestates autumni, & sydera dicam?

Atque ubi iam breuior que dies, & mollior astas, didicimur? & omnia concurrens?

Quæ vigilanda viris: vel cum ruit imbriferum ver?

Spicea iam campis cum messis inhorruit: & cum

Frumenta in viridi stipula lactentia turgent?

Sape ego, cum flanis messorem induceret aruis

Agricola, & fragili iam stringeret ordea culmo:

Omnia ventorum concurrere prelia vidi,

Quæ grauidam latè segetem ab radicibus imis

Sublime expulsam eruerent: ita turbine nigro

Ferret hyems, culnūmque leuem, stipulaque volantes.

Quid tempestates autumni. Verno & autumnali tempore sunt tempestates, quando nec plena astas est, nec plena hyems. Vnde medium & confine vtriusque temporis ex coniunctione contriarum terum tempestates efficit. Sanè sciendum ultimas partes tam autumni quam veris significare, quibus sunt procellæ. quod de autumno, hic indicat versus. Atque ubi iam breuior que dies, & mollior astas: de vere hic, Spicea iam capis cum messis inhorruit. Deinde ait, *Ruit.* Id est præcipitatur, in fine est. Et in hoc talis est sensus, Quid dicam quantum oporteat sollicitum & studiosum esse agricolam tempore autumni & veri. Vigilanda v. Vigilanter prouidentia. Spiceam. Spicos de maturis frugibus abusivè dicimus. Nam propriè est spicus, cum per culmi folliculum, id est extrellum tumorem, aristæ adhuc tenues in modum spiculi eminent. Inhorruit. Intremiscit. Frumenta l. Adhuc tenuia, & laetis plena. Sanè sciendum Varonem in libris diuininarum rerum dicere. Lactantem deum esse, qui se infundit segeribus, & eas facit laetescere. Et sciendum inter lactantem & lacstantem hoc interesse: quod Latrans est quæ lactabat: Lactens cui lac præbetur. Flanis. Maturis. Et fragili c. id est, quæ in fragili culmo erant, Stringeret Secarer, vt. Hic ubi densas Agricolæ stringunt frondes. Omnia ventorum concurrere. Inter sc. vt. Mutati transuersa fremunt. Sublime expulsam eruerent. Per sublimem portarent crutam segetem. Turbine nigro. Tempestate noxia. Horatius. *Hic niger est hunc in Romane caueso. Culnūmque leuem.* Culmus dicitur ipse calamus: stipulae vero folia quæ ambiunt culnum.

Sape etiam immensum cælo venit agmen aquarum,

Et fiedam glomerant tempestatem imbris atris

Collectæ ex alto nubes: ruit ardans ether.

Et pluia ingenii sata leta, boümque labores
 Diluit: implentur fossa, & caua flumina crescunt
 Cum sonitu: feruētque fretis spirantibus equor.
 Ipse pater media nimborum in nocte, corusca
 Fulmina molitur dextra: quo maxima motu
 Terra tremit: fugere fers: & mortalia corda
 Pergentes humilis stravit panor: ille flagranti
 Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Cerunia telo
 Deicit: ingeminant Austris, & densissimus imber:
 Nuno nemora ingenti vento, mune littora plangunt:
 Hoc metuens, cali menses, & sydera serua:
 O morsa in Frigida Saturni seſe quo ſtella receptet:
 Quos ignis cali Cyllenius erret in orbes.

Agmen aquarum. Impetus vt, Leni fluit agmine Thybris. Est autem hic Ecbasis poetica ad defensandam tempeſtatem, Colleſie ex altorubis. Ab Aquilone, qui vtique de alto flat, idest à ſeptritione & tempeſtates grauiſſimas facit. Nam Auster humilis eſt, vt Mundus, vt ad Scythiam, Riphæ aſque arduus arcis Conſurgit, premitur Libyæ deuexus in Aſtris. Ruit arduus eſt. Tontribus percrepat, vt, Cœlique ruina. Caua flumina. Profunda & alta. Lucanus. Ruinbamque cauum. Freuis spiranibus. In motu poſitis. Alibi, Quā vada non ſpirant, nec fracta remuratur vnda. Coruſca fulmina. Coruſcantia, vt, Sibila lambeant linguis vibrantibus ora. Molitur. Agitat, & iacit. Terra tremit. Terræ motus efficitur. Vel tremit terra, Tremere videtur: & paucen hi qui terram colunt. Humilis paup. Qui humiles reddit, vt Pallidus Orcus. Ille flagranti aut Atho, aut Rhodopen. Secundum Epicuroſis per transitum loquitur, qui dicunt fulmina non iudicio deorum, ſed ex nubibus fieri, nam montes quid neceſſe fuerat fulminari? Athos autem mons eſt Græciæ, Rhodope mons Thraciæ. Aut alta Cerunia. Montes ſunt. Epi, à crēbris fulminibus, dicit. Vnum enim fulmen quod colorat, aliud quod tranſigit, aliud quod afflat: vt eſt. Ex quo me diuūm pater, atque hominum rex fulminis afflauit ventis. Ingeminant Aſtris. Repetunt ſuos flatu venti. Plangit. Reſonare facit. Alij legunt Plangunt: vt fit, nemora & littora plangunt, idest reſonant. Hoc metuens, cali menses, & sydera serua. Id eſt duodecim ſigna quibus menſes cognoscimus. Sydera autem vel tempeſtates, vel planetarum motas. Scindendum autem (vt diximus) de planetis quinque, duos eſſe noxios, Martem & Saturnum: duos bonos, Iouem & Venerem: Mercurius verò talis eſt, qualis ille cui lungitur. Vnde etiam ſingitur minister eſſe deorum: quod eorum obtemperat potestati. Hinc eſt quod dicit, Quos ignis cali Cyllenius erret in orbes. Id eſt utrum in septentrionalem, an in Australem partem inclinetur: aut cui planetarum cohæreat, vt qualitatem Mercurij ex illo poſſis agnoscere. Cyllenius autem ignis propter ſeliam Mercuriale dicitur, quia in Cylleno monte Arcadiæ dicitur, natus eſſe Mercurius. Frigida Saturni ſeſe q. ſt. r. Id eſt nocens. vt, Frigidus, o pueri, fugite hinc, later anguis in herba. Ideo autem hoc dicit, quia Saturnus deus pluuiarum eſt. Vnde etiam ſenex ſingitur: nam ſenes ſemper nouimus eſſe gelidos, hic autem in Capricorno facit grauiſſimas pluias, & præcipue in Italia. Vnde & Horatius ait, Sei tyramus Hesperia Capriornus vnde, vt, in Scropio grandines, item in alio fulmina in alio ventos. Vnde præcipit nos ſcire debere, in quod ſeſignum recipiat ſydius Saturni. Sancte perireat Receptio: vt ex frequentatio verbo nobis ostenderet Saturnum bis ad vnumquodque ſignum reuerti: quod alij planetæ minimè faciunt. Solus enim eſt qui & longius à ſole diſcedat, & bis ad vnumquodque ſignum recurrit. Quos ignis cali Cyllenius erret in orbes. Otoſo eſt, in quos orbes celi erret Cyllenius ignis. Et bene Erret, nam planetæ vocantur otoſo, id est ab errore, nam interdum ad aſtrum, interdum ad septentrionem, plerunque contra mundum, nonnunquam cum mundo feruntur.

In primis veneſare deos, atque annua magna
 Sacra refer Cereri, letis operatus in herbis,
 Extrem aſub casum hyemis, iam vere sereno:
 Tunc aqua pingues, & tunc molliflamma vina:
 Tunc ſomni dulces, densaque in montibus umbra.
 Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoreſt:
 Cui tulacte fanos, & miti dilue Baccho:
 Terque nouas circum felix eat hostia fruges:

A *Omnis quam chorus, & socij comitantur quantes:
Et Cererem clamore vocent in testa: neque ante
Falcem maturis quisquam supponat arisit;*
Quam Cereri torta redimitus tempora queru-
Det motus incompositos, & carmina dicat.

In primis venerare deos. Post hæc cognita da præcipue operam sacrificiis, quibus tempestates,
& pluviæ possint repellri. *Et mirè hoc statim subiunxit: quia occurrebat, quid prodest tempe-
states futurae evidere? Et bene ait In primis, præcipue, & ante omnia, nam alia neglecta possunt
habere emendationem: tempestas adueniens, nisi ante præuideris, vniuersa subuertit.* *Annuæ
sacr. r.c. Anniversaria magna, sicut in Æneide, Annua quæ differre nefas: Et Ambaruale sacrifi-
cium dicit, *Lett. o. i. b.* Aut dans operam conuiuiis: aut postquam opera cuncta compleueris.*

B *Extreme s.c.h Circa finem hyemis, antequam ver incipiat. Iam v.s. Ver, pluuiale tempus est: sed*
*circa finem incipit esse serenum. Dicit ergo *Vere* sereno, ut sit iam tunc & ver & serenum. *Tunc*
*agni pingues. Subaudi sunt: qui aut epulis, aut sacrificiis sunt apti. Mollissima vina. Carentia aspe-
ritate, & defœcata. Dense in m.v. Quia tunc incipiunt arbores frondes cere. Tibi: In honorem*
tuum, & in tuam gratiam. *Cui tu lacte f. & m.d.b. Id est, Cui tu liba de lacte, melle & vino. Nam*
*superfluum est quod quidam dicunt, contra religione dixisse Virgilium, licere Cereri de vi-
no sacrificare; Pontificales namque hoc non vetant libri. Quid autem ait Plautus in Aulularia,
cuius ipsi vntuntur exemplo, *Cererine nuptias facturi esis quæ? quia temeti nihil allatum intelligo.*
non est huic loco contrarium: nam aliud est sacrificium, aliud nuptias Cereri celebrare: in qui-
bus re vera vinum adhiberi nefas erat, quæ Orci nuptiæ dicebantur, quas præsentia sui ponti-
fices ingenti solennitate celebrabant. Alij hunc locum alter accipiunt, ut *Mih Baccho*, non sic**

C *septimus casus, sed datius: & duo nomina intelligimus, Liberi & Cereris: nam supra quoque*
ait, *In primis venerare deos. ut sit sensus, cui Cereri, & miti Baccho fauos lacte dilue: idest eis*
sacrificia melle & vino permisisti. *Felix hostia. Id est fœcunda. Et dicit Ambaruale sacrificium:*
quod saepè de porca fœcunda & grauida heri consueuerat, vel felicem dicit, cuius sacrificio &
immolatione fœcunditas agrorum merebatur. Omnis q.e Chorus propriè est coæuorum cantus
atque saltatio. *Cererem c.v. Inuocent dari copiam frumentorum. Tertia r.t.q. Id est habens in*
memoria victimum priorem, à quo Cereris reuocatus est benignitate. Nam olim homines glan-
dibus vescebantur. *Det motus incompositos. Id est saltationem aptam religioni, nec ex ylla arte ve-*
nientem. Sallustius, Sallare eleganter, quæ necesse est probe. Carmina dicat. Hymnos.

D *Atque hæc ut certis possumus discere signis,*
Æstusque, pluviias, & agentes frigora ventos:
Ipse pater statuit, quid mensura luna moneret:
Quo signo caderent Austri: quod sepe videntes
Agricola propria stabulis armenta tenerent.

Mensura luna, Vnde & bene dicitur, Caderent Austri. Definerent venti. Ex hoc etiam loco
prognostica sunt translata de Arato, pauca de multis.

E *Continuo ventis surgentibus, aut freta ponti*
Incipiunt, agitata tumescere, & aridus altis
Montibus andris fragor, aut resonantia longe
Littora misceri, & nemorum increbescere murmur.

Iam sibi tum curuis male temperat vnda carinis,
Cum medio celeres revolant ex aquore mergi,

Clamoresque ferunt ad littora, cùmque marina
In sicco ludunt fulice: notasque paludes.

F *Deserit, atque altam supra volat ardea nubem.*
Sepe etiam stellas vento impendente videbis

Præcipites calo labi, noctisque per umbras
Flammærum longos a tergo albescere tractus:

Sepe leuempalem, & frondes volitare caducas:
Aut summa nubes in aqua colludere plumas.

Venis surgentibus. Flare incipientibus. Vnde è contrario, Cum venti posuere, idestflare delie-

unt. *Aut freta ponti. Litora pelagi, quæ feriuntur fluctibus. Duo autem dicit naturalia. Futura enim tempestate, & ante ventum, fluctus mouetur; & fragor auditur ex sylvis, arcana quadam ratione naturæ. Aridus fragor. Sonitus, qualis solet fieri ex aridus: cum franguntur, arboribus. Ergo Aridus nimius, omne enim quod aridum est, cum frangi coepit, nimium efficit sonum. Fragor etiam à fractarum rerum nominatus est sonitu. Aut r sonantia longè Litora miseri. Id est aut id, id est bis, idem dixit. Miseric autem, perturbari. vt Miscer agens tellus. Iam sibi tum carnis male temperat unda carinis. Scias, inquit in pelago esse grauissimam tempestatem, cum mergi ad littora configunt. Poetice autem ait, Iam sibi tum unda male temperat curuis carinis. Id est sibi non pascit, sed crescit in perniciem suam. nam in carinam scindendam consurgit. Clamoremque ferunt. Id est, si cum clamore reuertuntur, nam plerunque plura dicit signa è quibus vnum non sufficit, sed omnia animaduertenda: ut Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce. Et sola in seca secum spatiatur arena. Marine fulice. Ad discretionem fluvialium. Altam supra volat ardea nubem. Ardea dicta est quasi ardua: quæ cum altius volauerit, significat tempestatem. Lucanus. *Aus* succum quod Mergus amar: quodque anusa volare Ardea sublimis penne confusa natanti. Precipiter calo labi. Sequitur vulgi opinionem, non enim omnia prudenter à poeta dicenda suat. Quod antem videmus è cœlo stellas quas labi, *Xiph' p'oiā* sunt ignis ætheri, quæ fiunt cum vehementior ventus altiora concenterit: & trahere exinde aliquas particulas coepit, quæ simulant casum stellarum. Nam stellæ cedere non possunt: quarum natura est ut stent semper. unde & stellæ vocantur. Sanè sciendum est, vt ait Aratus, ab illa parte ventum flaturum, in quam ille ignis ceciderit. Colludere plumas. Moueri. Terentius. Congrum istum maximum in aqua finito ludere. Id est, moueri. Virgilii. Ludere pendentes pueros.*

*At Boreæ de parte trucis cum fulminat, & cum
Eurique, Zephyrique tonat domus: omnia plenis
Rura natant fossis, atque omnis nauita ponto.
Humida vela legit, nunquam imprudentibus imber
Obsuit: aut illum fargentem vallibus imis
Aeria fugere grues: aut bucula cœlum
Suspiciens, patulis captavit naribus auras:
Aut arguta lacus circumvolitant hirundo
Et veterem in limo rana cecinere querelam.
Sepius & teclis penetralibus extulit oua,
Angustum formica terens iter: & bibit ingens
Arcus: & è pastu decedens agmine magno.
Cornuorum increpuit densis exercitus alis.*

*At Boreæ de parte trucis cum fulminat. Hoc vult dicere. Vbique ingentes efficit pluuias ab istis ventis mota tempesta. Nunquam imprudentibus imber obsuit. Alij in vacare volunt, alijs augentis habere significacionem: vt sit. Nunquam imber obsuit valde prudentibus, quæ res valde non sunt idoneæ. Vnde melius est ita intelligere; Nunquam imber obsuit non ante prouisus: tam clara sui dat signa: vt *Imprudentibus*, ignoris accipiamus, nam hoc dicit. Nunquam nescienti nocet imber, quia se designat ante venturum, & scimus leuiora esse mala, quæ ex opinione contingunt. *Aeria fugere grues*. Aërij coloris, aut altum volantes. Dicit autem grues de vallibus fugere, non pluuiam de vallibus surgere. *Aut bucula cœlum suspiciens patulis*. Hic locus omnis de Varfone est. Ille enim sic,*

*Tum liceat pelagi volucres, tardaque paluadis
Cernere inexpleto studio certare lanandi:
Et velut insonitum pennis infundere rorem:
Aut arguta lacus circumvolitant hirundo,
Et bos suspiciens calum (miserabile visu)
Naribus aerium patulis decerpit odorem.
Nec tenuis formica cauis non euehit oua:*

Et veterem in limo rana cecinere querelam. Fabula duplex est. Nam vt Ouidius dicit, Ceres cum Proserpinam quereret, ad relevandam sitim accessit ad quandam fontem, tunc eam Lycij rufi, à potu prohibere coeperunt: & conturbantes pedibus fontem, cum contra eam emitterent turpem

A turpem natibus sonum, illa irata eos convertit in canas: quæ nunc quoque ad illius soni imitacionem coaxant. Sed hoc non est valde aptum. Nam illa magis insultatio fuerat, quam querela: & pœnam sacrilegij iuste pertulerunt. Vnde magis Aësopus est sequendus, qui dicit hoc. Cum Iuppiter omnibus animalibus reges daret: & ranis, ni fallor, colendum breuissimum lignum dedisset, illæ questæ & aspernatae sunt eum, & tunc eis hydrum iratus dedit, qui vescitur ranis. Bibit ingens arcus. Sequitur iterum vulgi opinionem. *Cornorum exercitus. Multitudo.*

*Iam varias pelagi volucres, & quæ Asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,
Certatum largos humeris infundere rores,
Nunc caput obiectare fretis, nunc currere in undas,
Et studio incassum videoas gestire lanandi.
Tum cornix plena pluuiam vacat improba voce,
Et sola in sicca secum spatiatur arena.
Nec nocturna quidem carpentes pensa puella
Nesciueret hyemem: testa cum ardente viderent
Scintillare oleum: & putres concrescere fungos.*

B *Iam varias pelagi volucres, & quæ Asia circum, Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. Hæc vera lectio: & sensus talis est, Iam varias pelagi volucres, & eas quæ circum prata rimantur in dulcibus stagnis Caystri, videoas certatum largos humeris infundere rores. Nam si Iam varie legeri, sensus nulla ratione procedit: Caystrus autem Asia fluvius est: Asia vero, palus: Vnde fecit Asia prata. Et de palude Asia, & longa est, nam de provincia corripitur. vt, Europa atque Asia pulsus, & est Homericus versus, αὕτη δέ τε πάντα νερά εἴσι αὐτοῖς πίνεσθαι. Rimantur prata, Pascuntur in pratis, cibum per terræ rimas requirent. Nam rimati hinc tractum est à porcis, qui glandes rimantur de rimis terrarum. Et studio gestire lanandi. Gestire est latitiam suam corporis habitu significare, nám ut homines verbis latitudinem suam exprimunt, ita aues corporis gestulatione. Incassum autem ideo ait, quia plumarum compositio aquam minimè ad corpus admittit. Rauca pluuiam vocat improba voce. Rauca contra naturam suam. Et vocat Poeticè ait: non enim vocat, sed denuntiat pluuiam. Et notandum cornicem, & rauca voce, & solam, pluuiam prædicere. Coruus vero serenum, & plures & voce tenui ac purissima contra naturam suam: vt,*

D *Tum liquidas corui presso ter gutture voces. Testa cum ardente viderent. Propter vilitatem noluit dicere lucernam, nec iterum lychnum: sicut in heroico carmine. vt, Dependent lychni. Medius vero in his libris est stylus, sicut diximus suprà. Putres concrescere fungos. Nam ut dicit Plinius, cum aer humidus esse coepit, fauilla quæ cum fumo solet egredi, prohibita aeris crassitate in lucernis residet, & quasdam velut fungorum imitatur imagines.*

E *Nec minus ex imbris soles, & aperta serena
Prospicere, & certis poteris cognoscere signis,
Nam neque tum stellis acies obtusa videtur,
Nec fratri radiis obnoxia surgere Luna:
Tenuia nec lane per cælum vellera ferri.
Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt
Dilecta Tethidi Halcyones: non ore solutos
Immundi meminere sues iactare maniplos.*

F *Nec minus ex imbris soles. Idest serenitates. Et versa vice dat prognostica quibus agnoscamus ex tempestuoso calo serenitatem futuram. Aperta serena. Aer enim densatur nubilo, & rarescit sereno. vt, Densiter erant quæ rara modo: & quæ densa, relaxet. Nec fratri radiis obnoxia surgere Luna. Obtusa subaudi à superioribus: nam hoc dicit, Nec tamen luna videtur obtusa, quæ est radius Solis obnoxia. nam ut dicunt Physici ab eo accipit lumen. Tenuia. Proceleusmaticus est pro dactylo, quam rem quotiescumque facit Virgilius, seruat locum Synizesi: vt tenuia. Item & Genualabant: nubes tenues pro velleribus accipiendæ. Dilecta et. h. Ceyx filius Luciferi habuit vxorem Halcyonem: à qua cum prohibitus esset ad consulendum Apollinem de statu regni naufragio perit. Cuius corpus cum ad uxorem delatum fuisset, illa se præcipitauit in pala-*

gus. Postea miseratione Thetidis & Luciferi conuersi sunt ambo in aves marinas, quæ halcyones vocantur. Sanè sciendum est quod cum de muliere dicimus, hæc Halcyone facit. Cum de aibibus, hic & hæc alcyon, hi & haec alerones. Ita autem aves nidos faciunt in mari media hyeme. Quibus diebus tanta est tranquillitas, ut penitus nihil in mari possit moueri. Inde etiam dies ipsi Halcyonia nominantur. Non ore solutos. Scilicet manipulos. Alij soluto ore accipiunt, id est nimium patenti. Immundi autem, luto gaudentes. Horatius, Et amica luso suo.

At nebula magis ima petunt: campô que recumbunt.

Solis & occasum seruans, de culmine summo
Ne quicquam seros exercet noctua cantus,
Apparet liquido sublimis in aere Nisus,
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo,
Quacunque illa leuem fugiens secat aethera pennis,
Ecce inimicus arox magno stridore per auras
In sequitur Nisus: quæ se fert Nisus ad auras
Illa leuem fugiens rapim secat aethera pennis,
Tum liquidas corui prepresso ter gutture voces,
Aut quater ingeminant: & saepe cubilibus altis
Nescio qua proter solitum dulcedine lati,
Inter se foliis strepitant: inuati imbribus altis
Progeniem paruam, dulcesque reuiseru nidos.

Magis ima petunt. Deprimuntur ad valles. Nequicquam seros exercet noctua cantus. Id est non. Per his, Nequicquam fundo, suspirat nummus in imo. Item Virgilii, Et summo clypei nequicquam vmbone pependit. Noctua autem avis est lucifuga: quæ significat pluviam si cecinerit post solis occasum. De hac autem talis est fabula. Nyctimene postquam cum patre concubuit, & agninus facinus esse: in sylvis se abdidit: & lucem refugit: ubi deorum voluntate conuersa est in auem: quæ pro tanto facinore omnibus aibus est admirationi. Sublimis in aere Nisus. Nisus rex Megarenium pater Scyllæ, de quo plenius in Bucolicis diximus. Panas das. Aduersante sibi patre. Scylla eiusdem Nisi filia, quæ patri suo abscessam comam purpuream Minori obtrulit contra patrem pugnant, & inde in auem conuersa est: quas aues dicit nunc discordes nimis esse inter se. Fugiens. Patrem scilicet. Aethera. Aërem. Arox. Crudelis & immitis. Stridore. Sonitu alarum. Tum liquidas corui prepresso ter gutture voces, Aut quater ingeminant. Plinius in naturali historia dicit coruos esse obliuiosos, & plerunque minimè ad nidos suos reuerti, sed quādam ratione naturæ hæc congerunt ad suos nidos quæ vermes possint creare: ex quibus, reliqui eorum pulli aluntur interdum. Horum obliuionem probat etiam ex rebus, quas cum absconderint, derelinquent: quod etiam mustelæ dicuntur efficere.

*Haud equidem credo quia sit diuinitus illis
Ingeniun, aut R E R V M fato prudentia maior.
Verum ubi tempestas, & cœli mobilis humor
Mutauere vias: & Iuppiter humidus Austris
Densat, erant quæ rata modo, & quæ densa, relaxat:
Vertuntur species animorum, & pectora motus
Nunc alios, alios cum nubila ventus agebat,
Concipiunt, hinc ille avium concentus in agris:
Et lata pecudes, & ouantes gutture corui.
Si vero solem ad rapidum, lunasque sequentes
Ordinere spicies, nunquam te craftina falleret
Hora, nec insidiis noctis capiere serena.*

Haud equidem credo. Proponit sibi quæstionem acerrimam, & de intima philosophia: quam tamen tota facilitate dissoluit. Nam querit cur homines, quos constat esse prudentiores animalibus per se non sentiant qualitatem aeris futuram, sed eam magis ex aliis animalibus colligant. Et hoc dicit, homines prudentiam habere naturalem, & suo indicio posse vel latos esse, vel tristes, quæ res in hæc animalia cadere minimè possunt, quæ nihil suum habentia, naturam aeris sequuntur: & pro eius qualitate aut lata videntur aut tristia: nec prædicere aeris naturam yidentur,

Avidentur, sed eam vel prosperam vel aduersam venientem sequuntur. Nos vero & lxi non et nubila esse possumus, & in serenitate solliciti. *Aus* revum fato prudentia maior. Id est non est aliis diuinitus concessum ingenium, nec prudentia, quae est maior rerum fato. Alibi, Metus omnes, & inexorabile fatum Subiecit pedibus. *Iuppiter*. *Aer*: vt Horatius, *Mane sub Ione frigido Veneror.* *Aurum* contentus. *Commistus* cantus, idest *Lymphonia*. *Latae* pecudes. Aceris serenitate gaudentes. *Solem ad rapidum*. *Velocem*. Et notandum, haec signa magis fida & subtiliora esse, quae ex sole & luna colligimus. *Luna*que sequenter *Ordine* respicies. Non ordinem respicies, sed *Ordine*, id est rationabiliter solem sequentes. Luna enim solis circulum sequitur, licet ipsa sit inferior. *Donatus* dicit: *Luna*, noctes accipendas, sed mole, non enim signa quae dicturus est, ex nocte, sed ex luna colligimus. *Nunquam te crastina falset hora*. *Hyperbole* est: ne hora quidem te decipiet. *Nec i.n.c.s.* Decipieris. Nam Aphæreis est, & plerunque scimus nos decipi serenitate.

B *Luna reuertentes cum primum colligit ignes,*
Sinigrum obscuro comprenderit aera cornu,
Maximus agricolis pelagoque parabitur imber.
At si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento semper subet aurea Phœbe.
Sin ortu quarto (namque is certissimus author)
Pura, nec obtusis per calum cornibus ibit:
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
C *Exactum ad mensem, pluua ventisque carebunt:*
Votaque seruati solvent in littore nautæ.
Glaucō, & Panopeā, & Ino Melicertæ.

Reuertentes cum primu[m] colligit ignes. Cum incipit renasci. *Obscuro cornu*. Non clare lucenti. *Maximus agricolis pelagoque parabitur imber*, id est si non habuerit pura cornua, & intra eam nigrum aerem videtis, erit ubique pluia: sicut supra. Omnia plenis Rura natant fossis, arque omnis nauita ponto. *Si virgineum suffuderit ore ruborem*. Si torrefactus habuerit ruborem, nam de interiori parte, *Infuderit* diceret. *Aurea*, id est, pulchra, vt. At non *Venus aurea contra Phœbe*. Id est luna. Venit autem ab eo quod est *Phœbus*. Et sciendum quædam propria nomina fœmininum ex se facere, neutrum autem nulla: vt *Phœbus*, *Phœbe*: *Iulius*, *Iulia*: *Tullius*, *Tullia*.

D non vt appellatiuum, doctus, docta, doctum. *Sin ortu quarto* Aratus tertiam dicit animaduertendam esse lunam: hic quartam, non illud improbans, sed hoc magis probans, nam ad hoc pertinet. Namque is certissimus author. *Exactum ad mensem*. Usq[ue] ad mensis ultimam partem. Vnde & exacti menses dicuntur, qui circa partum sunt. Iste inseq[ue]ntur. Exactis grauidæ cum mensibus errant. *Glaucō, & Panopeā, & Ino Melicertæ*. *Glaucus* piscator fuit de Anthedone ciuitate: qui cum captos pisces super herbam posuisset in littore: & illi recepto spiritu rufus mare percussit sensit quarundam herbæ in potentiam, quibus conuersus est in numen marinum. *Panopæa* autem est nymphæ marina. *Ino* autem patronymicū est à mare. *Ino*, *Melicerta*: propriū numinis. Sanè *Ino* & *Melicerta* filius, postquam sunt in numina commutati, Gracē Palæmō & Leucothoe sunt appellati. Latinē *Portunus*, & Mater matuta. His ergo numinib[us], dicit mox sacrificatores nautas in littore his diebus quib[us] predicta serenitas affuerit: eo quod sint in mari seruati.

E *Sol quoque & exoriens, & cum se condet in undas,*
Signa dabit: solem certissima signa sequentur;
Et quæ mane refert, & que surgentibus asiris.
Ille ubi nascentem maculis variauerit ortum
Conditus in nubem, mediobque refugerit orbe:
Suspecti tibi sint imbre. namque urget ab alto
Arborib[us]que, satisque Notus, pecorisque sinistrer.
Aut ubi sub lucem densa inter nubila feso
Diuersi erumpent radix: aut ubi pallida surget
Tithoni croceum linquens Aurora cubile,
Heu male tum mitis defendet pampinus vuas:
Iam multa in teclis crepitans salit horrida grando.

Sol quoque & exoriens, & cum se condet in undas. Dicitur enim occidens sol, se in mare tingere. *Signa dabit: pluuiarum, vel serenitatis*. *Certissimi signa*. De quibus nemini sit necesse dubitare.

Et quæ manæ refert. Ortu diei. Surgenibus astris. Superueniente nocte. Maculis variaverit ortum. A Non clara & pura luce resplendens in ortu suo. Conditus in nubem. Idest, si orbis eius quasi concauus fuerit, quod ipse exprimit dicens, Mediisque refugere orbe. Auster. Vrget, imminet, & insuffit. Satis. Segetibus. Notus. Ventus. Sinister. Noxius. Sub lucem. Oriente luce. Densa inter nubila. Opero sole nubibus. Diuersi erumpent radij. Abscondito sole & operto diuersi radij per nubem erumpent. Tithoni croceum linquens aurora cubile. Tithonus frater Laomedon tis regis, adamatus est ab Aurora. Cùmque optasset prolixioram vitam, conuersus est in cicadam. Male defendet pampinus vuas. Idest, non defendet, nam decussis pampinis etiam vim grandinis patitur.

*Hoc etiam, emenso cum iam decebet Olympo,
Profuerit meminisse magis, nam sepe videmus
Ipsius in cultu varios errare colores:
Ceruleus pluviam denuntiat, igneus Euros.
Sin macula incipient rutilo immiscerier igni,
Omnia tunc pariter vento, nimbisque videbis
Feruere. non illa quisquam me nocte per altum
Ire, neque à terra moneat conuellere funem.*

Emenso Olympo. Percuso & perlustrato cœlo, cum iam descenderet ad occasum. Profuerit meminisse magis. Ideo Magis, quia à sole venientia vespertina signa, meliora sunt. Ceruleus pluviam denuntiat. Breuiter collecta conclusio. Omnia tunc pariter vento. Id est, ubique & pluviae & venti C erunt. Feruere. Aestuare & impleri. Cuncta hæc erunt in occasu consideranda. Me nocte. Gratiorem sensum fecit, interposita sua personæ commemoratione, nam hoc dicit, nulli se suadere illa nocte nauigare.

*At si, cum refereturque diem, condeturque relatum,
Lucidus orbis erit: frustra terrebere nimbis:
Et claro sylvas cernes. Aquilone moueri:
Denique, quod vesper serus vehat, unde serenas
Ventus agat nubes, quid cogite humidus Auster:
Sol tibi signa dabit. Solem quis dicere falsum
Audeat, ille etiam cæcos instare tumultus
Sepe monet, fraudemque: & operata tumescere bella.*

*At si, cum refereturque diem, condeturque relatum. Hoc ad futuræ serenitatis pertinet signum, nam si de ipso die dicas, de quo præmisisti, multissimum est. Claro Aquilone. Serenifico: quia est & nubilus, sicut ferè omnes venti. Horatius, *Aibus ut obscuro deterget nubila cœlo.* Sepe Notus, neque parvus imbris perpetuus. Denique quid vesper serus vehat. Conclusio est quæ hoc continet, Signa que possumus ex stellis vel ex ventis colligere, melius ex Sole colligimus. Quid cogit humidus Auster. Id est in quam partem se flestat, utrum ad serenitatem, an ad pluias, ut diximus suprà. Solem quis dicere falsum Audeat. Id est fallacem. Sallustius. Ambitus multos mortales falsos fieri coigit. Cæcos tumultus. Coniurations & latentes infidias.*

*Ille etiam extincto miseratus Casare Romam,
Cum caput obscura nitidum ferrugine texit.
Impiaque aeternam timuerunt secula noctem.
Tempore quanquam illo tellus quoque, & aquora pontis
Obscenique canes, importunaque volucres
Signa dabant. quoties Cyclopum effrenere in agros
Vidimus undantem rupis fornacibus Aetnam,
Flammarumque globos: liquefactaque voluere saxa:
Armorum sonitum toto Germania cœlo
Audit, insolitis tremuerunt motibus Alpes.*

A Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romanum. Bonum epilogi reperit locum: ut in Augusti gratiam defeat Cæsar's mortem. Constat autem occiso Cæsare in senatu, pridie Iduum Martiarum Solis fuisse defectum, ab hora sexta usque ad noctem. quod quia multis protractum est horis, dicit in sequentibus. Aeternam timuerunt secula noctem. Ferrugine texit. Ferrugo, est purpura nigror, Hispana. Alibi, Et ferrugine clarus Hibera. Impia secula. Quibus fuerat Cæsar occisus. Aeternam timuerunt secula noctem. Propter diutinum, & prolixum Solis defectum. Id est, timuerunt, ne semper ille defectus maneret. Tempore quanquam illo tellus. Ac si diceret, quanquam illo tempore non solum sol defecerit, sed etiam diuersas res, & elementa quasi fleuerint Cæsar's mortem, & inaudita portenta fuerint: ut ex reliquorum comparatione, minus mirum videatur solem defecisse. Aequora poni. Non sine causa addidit Ponti, quia sunt & campi æquora. B vt, Ac prius ignotum ferro quam scindimus æquor. Importunæque volvices. In alienum tempus ruentes: vt striges, aut bubones nocte gaudentes per diem posse videri. Vndamus vndanem rupis fornacibus Aetnam. Malum enim omen est, quoties Aetna, mons Syciliae, non fumum sed flamarum egerit globos, & vt dicit Liuius, Tanta flamma ante mortem Cæsaris ex Aetna monte defluit, ut non tantum vicina urbes, sed etiam Reginæ civitas afflatur. Vndanem autem, Vnde modo flamas euomentum. Liquefacta saxa. Igne soluta. Sonum tuto Germania cœlo Audii. Bene Germania, quam vicerat Cæsar, vt eo occiso, in rebellionem videretur exurgere. Insomnis tremerunt motibus Alpes. Aut nouis, idest nunquam antea in Alpibus factis, aut magnis & maioriibus solito.

C

Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes
Ingens: & simulacra modis pallentia miris
Vixa sub obscurum noctis: pecudæque locuta:
Infandum: si sunt amnes, terreque dehiscent:
Et mæstum illachrymat templis ebur, æraque sudant.
Proluit insano contorquens vortice sylvas
Fluminorum rex Eridanus, campisque per omnes,
Cum stabulis armenta tulist, nec tempore eodem
Trifibis aut extis fibra apparere minaces.
Aut puteis manare crux cessavit: & alto
Per noctem resonare lupis ululantibus urbes.
Non alias cœlo cederunt plura sereno
Fulgura: nec diri roties arsere cometæ.

D

Sub obscurum noctis. Circa noctis obscurum. Pecudæque locute Infandum. Aut infanda verba protulerunt, aut hoc ipsum infandum fuit, quod sunt contra naturam locutæ. Illachrymat templis ebur. Scilicet simulachrorum. Æraque sudant. Signa sunt laboris futuri. Insano. Magno. vt. Quid tantum insano iuuat indulgere laboris. Et sciendum flumina, cum supra modum crescunt, non tantum ad præsens inferre damnum, sed etiam alia futura significare. Fluminorum rex Eridanus. E Padum dicit. Fluminorum autem rex, per Italiam, aut certè per totum orbem secundum quod dicit Lucanus, qui ait cum de isto lumine loqueretur. Non minor hic Nilus, si non per plana iacentis Aegypti Libycas Nilus stagnaret harenas. Non minor hic Istro, nisi quod dum permeat orbem Ister, caefuros in quilibet æqua fontes Accipit, & Scythicas exit non solum in undas. Dicit ergo tantum tunc Excreuisse Eridanum, vt etiam sylvas moueret, & erueret arbores. Trifibis extis. Visceribus peccorum tristia portendentibus. Fibre minaces. Fibras dicit venas aliquas, quæ si forte apparet in visceribus, malum omen erat, quæ nunc apparuere. Aut puteis manare crux. Nec cessauerunt eodem tempore aut fibrae minaces apparet, aut puteis manare crux. Aliæ urbes. Magnæ. Non alias cœlo cederunt plura sereno. Omen est in eo, & quia sereno cœlo missa sunt fulgura, & quod plura missa sunt. Diri cometæ. Criniti, & pessimi: quia sunt & boni, vt diximus in Aceneide, facti ex Ioue, vel Venere, quam rem plenissimè Autenus exequitur.

E

Ergo inter sepe paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi:
Nec fuit indignum superis his sanguine nostro
Emathiam, & latos Aemi pingue scere campos.
Scilicet & tempus veniet, cum finibus illis
Agricola incurvo terram molitus aratro,

*Ex ea inueniet scabra rubigine pila:
Aut granibus rastris galeas pulsabit inanes:
Grandiaque effossis mirabitur osa sepulchris.*

*Paribus concurrere telis. Quia in ciuili bello Romani contra Romanos eisdem & similibus te-
lis armisque pugnauerunt. Iucanus, Pares aquilas, & pila minania pilis. Iterum videre Philippi. Ci-
uitas est Thessaliae: in qua primò Cæsar & Pompeius, postea Augustus & Brutus cum Cassio
dimicauerunt. Nec fuit indignum superis. Quasi exclamatio est ad deos. Emathiam & latos Aemis
pinguescere campos. Emathia Thessalia est, dicta ab Emathio rege. Aemus autem mons est Thef-
saliz. Pinguescere vero aut fœundos fieri ex humano cruento, aut pinguescere dixit poetice: quasi
humana corpora terra deuorans pinguis effici potuerit, sicut ex carnium commixtione fre-
quenter humana caro pinguescit. Incurvo. Una pars orationis est. Scabra rubigine. Aspera, unde
& scabies dicitur à corporis asperitate. Galeas inanes. Concauas: vt, Galeam ante pedes proiecit
inanem. Grandia ossa. Aut multa, aut ingentia: quasi antiquorum heroum.*

*Dij patrij Indigetes, & Romule, Vestaque mater,
Qua Thuscum Thyberim, & Romana palatia servas:
Hunc saltē euerso iuuensem succurrere seculo
Ne prohibete, satis iam pridem sanguine nostro
Laomedontea luimus periuria Troe.
Iam pridem nobis cali te regia Cæsar
Inuidet, atque hominum queritur curare triumphos.*

*Dij Patrij Indigetes, & Romule, Vestaque mater. Patrij dij sunt qui præsunt singulis ciuitatibus:
vt Minerua Athenis, Iuno Carthagini. Indigetes autem, propriæ sunt dij ex hominibus facti,
quasi in diis agentes. Abusu autem omnes dij generaliter possunt dici Indigetes, tanquam
nullius rei egentes. Romulū autem ideo inuocat, quia ipse iam inter deos colebatur. Et rectè
eum ad Augusti salutem iuuocat, quasi ex eo descendens, & qui illius sit urbis imperator,
quam Romulus considerat. Vestaque mater qua Thuscum Thyberim, & Romana palatia servas. Poe-
ticè. Nam verum nomen eius numinis quod urbi Romæ præfet, sciri factorum lege prohibe-
tur, quod ausus quidam tribunus plebis enuntiari, in crucem leuatus est. Laomedontea luimus
periuria Troe. Excusat Augusti tempora, & eum dicit suis viribus non compensare damna rei
pub. quæ ex maiorum vitiis descendisse conseruat. Horatius, Negligis immeritis nocitaram post-
modo natis, Te fraudem committere, & que hominum queritur. Cum cælestes possis mereri.*

*Quippe ubi fas versum atque nefas tot bella per orbem,
Tam multæ scelerum facies: non ullus aratro
Dignus honor: squalens abductis arua colonis
Et curue rigidum fulces constellant in ensim.
Hinc mouet Euphrates illinc Germania bellum:
Vicinæ ruptas inter se legibus urbes.
Arma ferunt: scutis toto Mars impius orbe.
Ut cum carceribus se se effudere quadriga,
Addunt in spatia: & frusta retinacula tendens
Ferrur equis auriga neque audit currus habens.*

*Ubi fas versum, atque nefas. Apud homines scilicet, qui spernunt licita, appetentes illicita.
Squalens abductis a.c. Ad bella scilicet. vt, Et latos vastant cultoribus agros. Hinc mouet i.g.b. Vn-
dique bellum mouetur. Euphrates namque orientis est fluius: Germania autem Occidentis
prouincia. Vicinæ ruptis i.s.l.v a f Et externa & ciuilia bella deseuunt. Ut cum carceribus. Hoc
vult dicere, Res quidem publica habet optimum imperatorem: sed tanta sunt vitiæ temporum
præteritorum, quæ in dies singulos aucta sunt, quemadmodum in processu equorum cursus au-
getur, vt ea, licet optimus rector, refrænare non possit: sicut & auriga à feruenti cursu equos
plerunque non potest reuocare. Addunt insi. Id est currendo plus eorum cursus augetur. Neque
autem c.h. Currus. Id est equi. Sanè sciendum translationem hanc esse, non comparationem:
quæ si ponatur in fine, vitiosum est.*

**P. VIRGILII MARONIS
GEORGICON LIBER II.**



*ACTENVS aruorum cultus, & sydera celi:
Nunc te Bacche canam: nec non sylvestria tecum
Virgulta & prolem tarda crescentis oliue.
Huc pater o Lenea (tuis hic omnia plena
Muneribus: tibi pampino grauidus autumno
Floret ager: spumat plenis vindemia labris)
Huc pater o Lenea veni: nudat aque musto
Tingue nouo mecum direptis crura coburnis.*

C *H*ælenus aruorum cultus & sydera celi. Nunc te Bacche canam. Mirè iteravit illum versum Quid faciat lœtas segetes, quò sydere terram. In hoc autem libro exequitur culturam agric confiti, qui omnium arborum continet genera. Et sciendum est Virgilium vites quoq; arbores dicere. vt. Nec secius omnis in vnguem arboribus positis seco via limite quadret. & Hælenus, vt multi volunt, vna pars orationis est, & est aduerbiū significans hucusque. Alij duas partes volunt, pronomē & aduerbiū: vt sit tenus hac: sicut. Et Crurum tenus à mento palearia pendit. sed melius est vnam partem accipere orationē *Hælenus, Sydera celi, Pleonasmos,* nec enim alibi, quām in cælo sunt sydera. *Bacchus.* Inuentorem pro vitib; posuit, de quibus r̄at iōχlō in hoc libro loquitur, nam vites præcipuæ sunt, licet & altiarum arborum faciat cōmemorationem. *Nec non sylvestria tecum Virgulta.* Id est infœcundas arbores, quibus præcipuè in Italia vites cohærent. Tardæ crescentis oliue. Kēs enim diu duratura tardius cresc. *Huc pater o Lenea,* Pater, licet generale sit omnium deorum, tamen propriè Libero semper cohæret: nam Liber pater vocatur. *Lenea* autem s̄m n̄ lñs idest à lacu. Nam quod Donatus dicit ab eo, quòd mentem leniat, non procedit: nec enim potest Græcum nomen Latinam etymologiam recipere. *Tuis hic omnia plena Muneribus.* Tuis muneribus hic sunt omnia plena: & ea vbique requiruntur. *Pampino autumno.* Cuius tempore vites foliis & fructibus plenæ sunt: & sub quo maturæ sunt. *Et Pampino pro pampino dixit, vt nemus frondeum pro frondosum.* *Tibi floret ager* In honorem tuum exultat & lœtus est. Nam autumnali tempore re vera florere non potest ager. *Vindemia.* Cum vindemiam numero singulari dicimus, vnius anni significamus: cum plurali, multorum: vt messem, messes: hyemes, hyemes. hæc enim semel tantum annis quibusque contingunt. Multi tamen volunt *Vindemiam* esse totius orbis generaliter, *Vindemias* singularium partium: vt plus significet singularis, quām pluralis numerus, sicut plus est cum dicimus, per terram pluit, quām per terras. tunc enim omne elementum per singularem numerum, non terras alias significamus. *Musto.* *Mustum* numero tantum singulari dicimus, sicut & vinum: licet Ovidius abusiè dixerit *Musta.* Sed hoc ille plus fecit, quod & *Musis* dixit: cum (vt diximus) de his nominibus tres casus tantum usurpari consueverint.

Principio arboribus varia est natura creandis:
Namque alienæ nullis hominum cogentibus, ipse Sponte sua veniunt, camposque & flumina late: Curua tenent, vt molle siler, lenteaque genista, Populus & glauca canentia fronde salicta, Pars autem positio surgunt de semine: vt altæ Castaneæ, nemorūmque Ioui qua maxima frondet Esculus: atque habitæ Graiis oracula querens. Pullulat ab radice aliis densissima sylua: Vt cerasis, vlmisque: etiam Parnassia laurus Parua sub ingenti mari subiicit umbra.

Principio arboribus. Creandarum arborum naturaliter sunt tria genera. Aut enim sua sponte nascuntur: aut ex seminib. fortuito iacentib. surgunt: aut ex radicibus pullulant. nam cætera A usus inuenit fauente natura. Sponte sua. Sponte modò nomen est: quia iunctum est ei genus, quo caret semper aduerbiū. Veniunt. Crescunt: vt alibi, Illic veniunt felicius vuæ. Campisque & flumina late Cursu tenent. Per transitum ostendit in quibus locis arbores sponte nascantur, scilicet in humidis. Nam terra mater est rerum omnium, & semen cunctorum creatrix. Vt molle siler. Arboris genus est Siler. Et notandum genus neutrū de arbore: quod est admodum rarum. Glaucæ canenīa fronde siličia. Locum salicū pro ipsis arboribus posuit. bene autem ait & Glaucæ & Canenīa: nam salix ab una parte alba est, ab altera viridis. Sanè Cacephaton est, Glaucæ canenīa pars autem p. d. s. f. Quacunque ratione projecto, vel ab aliis, vel ab hominib: ne incipiat esse industria. Dicit quippe plerasque arbores ex semine nasci non studio ho- minum iacto, sed quo cunque modo & euentu: Pars surgunt. Pro surgit. Nemorūmque Ioui, q. m. B a. Ordo est, Nemorūmque maxima silecula, quæ Ioui frondet, id est, quæ crecit in Dodone, nō nemore, quod erat Ioui consecratum. Atque habite g. o. q. Nam in Dodone nemore arbores dantes responsa fuisse dicuntur. Habita autem Grais: vel quasi non credens dixit, vel quasi Italus, qui loca illa nesciret, vel revera quondam. Habita, quia illo iam tempore filebant. Pullū at ab radice Mira in singulis proprietas, nam ait, sponte sua veniunt, surgunt de semi- ne, pullulans ab radicibus. Vt cerasis, ulmisque. Hæc cerasus hic cerasis facit. Sanè Cerasus ciui- tas est Ponti, quam cum delesset t. ucellus, genus hoc pomī inde aduexit, & à ciuitate Cera- sum appellauit. Nam arbor cerasus: pomum cerasum dicitur. Hoc autem etiam ante Lucul- lum erat in Italia, sed durum: & cornum appellabatur: quod postea mixto nomine, cornocera- sum dictum est. Parnassia laurus. A Parnasio monte Apollini consecrato.

C

*Hos natura modos primum dedit: his genus omne
Syluarum, fruticūmque viret, nemorūmque sacrorum.
Sunt alij quos ipse via sibi repperit usus
Hic plantas tenero absindens de corpore matrum.
Depositū sulcis: hic stirpes obruit arno,
Quadrifidāsque sudes, & acuto robore vallos.
Syluarūmque alia pressos propaginis arcus
Expectant, & viua sua plantaria terra.
Nil radicis egent aliae: summūmque putator
Hand dubitat terra referens mandare cacumen.*

D

Hos natura modos primū dedit. Bene primū. Nam vt etiam suprà diximus, fauor naturæ fuit etiam ad alios inueniendos, contra naturam enim nihil hominum inuentum valeat. Via sibi r. v. Ratione, vt, Inueni, germana viam. Hic plantas tenero. Inter plantas & plantaria, hoc in- terest, quod plantæ raptæ sunt de arboribus. Plantaria vero, quæ ex seminib: nata cum radi- cibus & terra propria transferuntur: vt, Et viua sua plantaria terra. Sulci, Fossis, vt. Ausim vel te- nui vitem committere sulco. Hic stirpes o. a. Altius deponit validiores cum radicibus plantas, E Quadrifidāsque sudes. Ita robustas vt possint in quatuor partes diuidi. Et acuto robore. Pro acuti roboris accipimus. Et bis idem est dictum, nam & valli, & sudes idem sunt. Syluarūmque alie p. p. a. e. Propago præcipue vitibus congruit, vnde appetet Sylvas cum etiam de vitibus dicere. Et vias, p. t. Et alia syluarum expectant plantaria cum sua terra viua, id est naturali. vt, Viuōque sedilia faxo, id est naturali. Inde est, Mutata ignorent subito ne semine matrem,

*Quin & caudicibus seelis mirabile dictu)
Truditur è sicco radix oleagina ligno.
Et sepe alterius ramos impune videmus
Vertere in alterius: mutatāmque insita mala
Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna.
Quare agite o proprios generatim discite cultus
Agricola, fructusque feros mollite colendo:
Neus segnes iaceant terra: iunat Ismara Baccho
Conserue: e, atque olea magnum vestire Taburnum,*

E

Quin

A Quin & caudicibus seelis. Caudicibus posuit pro codicibus: sicut caulem, pro colem: fauricem, pro terce dicimus. Fit autem, quod nunc dicit de oliua & myrto: quatum siccii stipites secantur usque ad medullam, & terræ infossi ex se arbores creant: quod sine dubio mirum est Truditur. Vrgente natura procreat. E sicco ligno. Ex arido. Radix oleagina. Deriuatum ab olea. Impune videmus. Sine damno sui. Et loquitur de infistione. Sanè infistas arbores dicimus: insertas, vero caustas aut fabulas. Lapidosâ corna. Dura. Alibi, Lapidosâ que corna Dant rami. Proprios generatim Generatim, per singula genera. Generaliter autem est simul omnia. *Nonne n̄ s̄ard?* *Si.* Signes terre. Pigra, infæcundæ, & docet posse industria etiam loca asperrima ad fertilitatem perduci. *Ismara.* Montes Thraciæ. Olea magnum vestire Taburnum. Per hos montes significat etiam mortuosa & aspera loca tendenda esse. Taburnus autem mons Campaniæ. Vestire vero, implere significat.

B

Tuque ades: inceptumque vna decurre laborem,
O decus, o fama merito pars maxima nostra
Mecenas, pelagoque volans da vela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti versibus opto:
Non mihi silingua centum sint, oraque centum,
Ferrea vox. ades, & primi lege litoris oram:
In monibus terra non hic te carmine fito,
Atque per ambages, & longa exorsa tenebo.

C

Tuque ades Mecenas. Adesto, & incepsum fauorem omnibus libris impendito, nam ubique eum inuocat. O decus, o fame merito pars maxima nostra. Horatius, O & præsidum & dulce ducus meum. Pelagoque volans da vela patenti. Simplici generi carminis præsta fauorem: ut Vela fauorem accipiamus. Patens pelagus, carminis facilitatem. Hoc autem carmen facile esse ipse significat dicens, & In manibus terra: hoc est in facili & in promptu res posita est: & Non ego cuncta meis amplecti versibus opto. Id est, Non sum vniuersa dicturus: nec enim possum. quare & suam verecundè extenuat possibilitem, & Mecenatis auribus ex sui carminis breuitate blanditur. Alij aliter accipiunt. Constat Mecenates fuisse literarum peritum, & plurâ composuisse carmina, nam etiam Augusti Cæsaris gesta descripsit, quod testatur Horatius dicens,

D

D pedisrius Dicis historijs prælia Cæsaris Mecenas melius, dulcique per vias Regum colla minacium. ut hoc nunc dicat. Incepsum vna decurre laborem, id est, adesto, & simul scribamus. licet enim quæ tu scribis, constet esse ingentia: meum autem carmen & breue sit, & totum id explicare non possim, debes tamen fauere minoribus: ut Pelagoque volans da vela patenti, sit ingentia scribe. Et primi lege litoris oram. Fause minoria scribenti. Non ego cuncta meis. Lucretij versus, sed ille ænea vox ait, non ferre. Primi lege litoris oram. Legi nauticus sermo est, qui nunc & ad navigandum, & ad affectionem potest referri. Nam hoc dicit, faueto principio, vel humilitati carminis mei. In manibus terre. Id est in facili & in promptu est terrarum descriptio, quod *æxiles* Græci dicunt. Non hie te ea mine fito, Atque per ambages, & longa exorsa tembo. Id est simpliciter vniuersa describam: neque vt in Æneide, aliquibus ligmentis, aut yllis yrta ambagibus. Longa autem exorsa, dicit proœmia longè repetita: quæ constat esse vitiosa.

E

Sponte sua qua se tollunt in luminis auræ,
Infæcunda quidem, sed lata & fortia surgunt.
Quippe solo natura subest, tamen hec quoque si quis
Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis,
Exuerint sylvestrem animum: cultaque frequenti
In quascunque voces avies hand tarda sequentur.
Nec non & sterilis qua stirpis exit ab imis,
Hoc faciet vacuos si sit digesta per agros
Nunc alte frondes, & rami matris opacant:
Crescentique adimunt fætus, uruntque ferentem.

Sponte sua, &c. Ad illud quod omiserat reddit, & exequitur qualitatem trium generum, quæ supra memorauit: arborum scilicet sponte natarum, procreatuarum ex semine, & earum quæ de-

radicibus pullulant. *In secunda quidem. Fœtu carentia, & per transitum rem physicam tangit.* A nam semen salicis esum, dicitur infœcunditatem mulieribus gignere. Et supra ait, *Glaucæ carentia fronde salicæ. Leta & forta.* Quasi hoc in ipsis arboribus genus sit fœcunditatis. *Quippe solo natura subest.* Quia ut supra diximus, naturaliter rerum omnium mater est terra, & virtus in terra continet semina. Hinc est, *Quippe solo natura subest.* Nam natura dicta est ab eo quod nasci aliquid faciat. Mire autem ait *Subest.* Idest, inest latenter: quia non appetet. Vnde Epicurei dicunt nihil esse, quod non habeat originem sui. Nam hoc est, *Gigni de nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.* Scrobibus mandet mutata subactis. Nos scrobs genete dicimus masculino, sicut *lukanus* dixerit contra artem, *Exigua posuit scroba, Exuerint fulgarem animum.* Naturalem appetitatem & infœcunditatem. *Ailes. Fœcunditates ex arte venientes.* *Hoc faciet.* id est erit fœcunda, si inde transferetur. *Vrinique ferentem.* Quæ ferre potest: si ei umbra non noceat.

Iam quæ seminibus iactis se sustulit arbos,
Tarda venit seris factura nepotibus umbras:
Pomæque degenerant succos oblitera priores:
Et turpeis aubus prædam fert vua racemos:
SCILICET omnibus est labor impendens: & omnes
Cogenda in sulcum, ac multa mercede domande.
Sed truncis oleæ melius, propagine vites
Respondent solidò Paphie de robore myrtus.
Plantis & dura coryli nascuntur, & ingens
Fraxinus, Herculeaque arbos umbrosa corone,
Chaoniisque patris glandes; etiam ardua palma
Nascitur, & casus abies visura marinos.

Pomæque degenerant. Modò degenerant, in peius vertuntur, aliæ in melius. Poma vero arborum ex semine procreatrum dicuntur: quas constat, nisi translatæ aut insitæ fuerint, non respondere qualitati seminis sui. *Fert vua racemos.* Vuam pro vite posuit, id est fructum pro arbore. Sanè 12 cemus botryonis est pars, & botryo Græcum est, & sic vuam pro vite posuit, sicut Horatius pro vino: nam sic ait, *Cecubum & prædomitam Galeno. Tu bibes vuam.* Cogenda in sulcum. In ordinem componendæ aut certe arandæ. Multa mercede. Multo labore, & sequente, quod præcedit intellige. Sed truncis oleæ melius. Quia supra ait, *Truditur* è siccò radix oleagine ligno. Et iam redit ad eos modos quos inuenit industria. Dicendo autem *Melius,* ostendit etiam alias arbores ex truncis posse creari. Sanè olea est arbor ipsa: vnde derivatio est oleum. Oliuæ vero fructus ipse vnde oliuum dicitur. Legimus tamen & oliuum de arbore. vt, Incumbens tereti Damon sic coepit oliuæ. Solido Paphie de robore myrtus. Sicut & olea. Paphie autem Veneria, à Papho insula, in qua Venus colitur. Huic autem myrtus consecrata est, vel quod hæc arbor gaudet litoribus, & Venus de mari dicitur procreata: vel quod, vt medicorum indicant libri, hæc arbor apta est mulierum necessitatib. plurimis. Plantis & dura coryli nascuntur. Duras dixit, non ad lignum, sed ad fructum ipsarum referens. alij Edure legunt, quasi non duræ. vt paulo post, Enodes trunci: id est sine nodis. vt E modo, minuentis non augentis habeat significationem. Sanè coryli propriæ dicuntur. nam auellanæ ab Auellano Campanie oppido, vbi abundant, nominatae sunt. Herculeaque arbos umbrosa corone. Ipse alibi, Herculea bicolor cum populus umbra. Chaoniisque patris Iouis Epitotici. Ardua palma. Aut alta, aut ad qua n difficile peruenitur. *Cajus abies visura marinos.* Est enim abietis species apta nauibus, quam Sappinum vulgo vocant.

Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida:

Et steriles platani malos gessere valentes,

Castanea fagos: ornis: que incanuit albo

Flore pyri: glandemque sues fregere sub ulmis.

Nec modus inserere, atque oculos imponere simplex

Nam quæ se medio trudunt de cortice gemma:

Et tenues rupi punt tunicas, angustus in ipso

Fit nodo sinus: hic aliena ex arbore germin

Includunt, vñdique docent inolescere libro.

A

*Aut rursum enodes truncī resecantur, & alte
Finditur in solidum cuneis via, deinde feraces
Planta immittuntur: nec longum tempus, & ingens
Exiit ad celum ramis felicibus arbos,
Mirata estque nouas frondes, & non sua poma.*

*Fœtu nunc arbus horrida. Versus dactylicus. nam male quidam horrens legunt. Horrida autē hispida. Et iam transit ad infuscationem, quæ duplex est. Nam aut in siccio dicitur cum fisco trunko surculus fecundæ arboris sterili inseritur: aut oculorum impositio, cum inciso cortice libro aligatur alieno, & arboris germen inferimus. Et steriles platani malos gessere valentes Castaneæ fagos; ornusque incanuit albo Flore pyri. Dicit quid in quam arborem debeamus inserere. In arbuto numeri, in platano malum, in fago castaneam, in orno pyrum. Sed castaneæ fagos egret expositio- nem non enim in castanea fertili infœcunda fagus inseritur, unde aut hypallage est, ut Castaneæ fagos, si pro fagi castaneis gessere, aut est mutanda distinctione, ut sit. Et steriles platani ma- los gessere valentes Castaneæ. Hoc est infœcunda arbores platani fortis ramos castaneæ por- tauerint. Fagos ornusque incanuit albo flore pyri. Secundum quam distinctionem fagos, licet brevis sit *Gros*, finalitat tam in ratione producitur. Fagos enim incipit esse nominatius casus Græcius singulari, non pluralis, noster Accusatius. Alij neutrum probant: & ira accipiunt. Ca- stanæ flore fagos incanuit: Pyri flore ornus incanuit: ut similiter fagos nominatius sit Græcius. Nec modus inserere, atque oculos imponere simplex. Aut, nō est simplex aut fortuita ratio, sed ea quæ ingenti labore colligitur, ut hoc dicit. Non est idem inserere, quod & oculos imponere: qua- rum rerum discretionem hoc loco commemorat, sicut nos diximus suprà. Tindunt. Propellunt, eiciunt. Tunicas. Id est arborum interiores libros. *Huc includunt*. Quia aut ex aliena arbore: & est mutatio, id est non ait hic includunt, sed *Huc*. Sic Cicero. *Includuntur in carcere condemnatis*, viisque qui illuc fuerant aliunde deducti. Innotescere. Concrescere, supradictum. Mirata estque nouas frondes & non sua poma. Ingens phantasia, & Jane Mirata estque, legendum est, ut stet versus.*

B

*Præterea genus haud unum nec fortipes ulmis,
Nec salici, lotoquo, nec Idaicis cyparissis,
Nec pingues vnam in faciem nascentur olive,
Orchites: & radij, & amara pausia bacca:
Pomaque, & Alcinoi sylue: nec surculus idem
Crustumis, Syrisque pyris, granibusque volemis.*

C

Præterea genus haud unum. Docet nunc etiam in singulis arborum speciebus esse aliquam va- rietatem. Lotoquo. Lotos Nympha quædam fuit, quam cum amaram Priapus persequeretur, illa eorum miseratione in arborem conuersa est, quæ vulgo faba syriaca. Vnam in faciem in eandem similitudinem. Orchites à Græca etymologia, sed obscuræ, id est à testiculis qui æx: dicuntur. Radj. Olive ita à longinquitate nominata. Amara pausia bacca. Oliua à pauciendo dicta, id est tundendo, aliter enim ex se oleum non facit. Amara autem Bacca virid., ut alibi. Floribus ar- que apio crines ornatus amaro. id est viridi. nam de pausia viride oleum fit, unde contra dulce dicitur non viride. Pomaque. Subaudi à superioribus non vnam nascentur in faciem. Alcinoi sylue. id est pomiferæ arbores. nam Alcineus rex Phracum fuit diligens cultor hortorum, vnde per eius sylvas, arbores pomiferæ intelligimus: de quo Homerus ait, quod haberet τὸν ὄχην τὸν γέρεντα, πάνος οὐδὲ μήτη, αὐτὸς δὲ ταύτη σύνοντος. Crustumis. Crustumia pyra sunt ex parte rubentia ab oppido Crustumio nominata. Syrisque pyris, granibusque volemis. id est mag- gnis. Nam & volema ab eo quod volam impletant dicta sunt. Vnde & inuolare dicimus.

D

*Non eadem arboribus pendet vindemia nostris,
Quam Methymæ carpit de palmite Lesbos.
Sunt Thasie vites sunt & Mareotides alba:
Pinguisque terris habiles, leuioribus illæ.
Et passo Psichia vtilior, tenuisque Lageos
Tentatura pedes olim, vincitur aquæ linguam:
Purpurea, preciaque: & quo te carmine dicam.*

Rhetica nec celis ideo contendit Falernis.
Sunt & Amineæ vites, firmissima vina.
Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus,
Argitisque minor: cui non certauerit villa,
Aut tantum fluere: aut totidem durare per annos.
Non ego te mensis, & diis accepta secundis,
Transieram Rhodias, & tumidis Bumaste racemis.

*Non eadem arboribus pendet vindemia nostris. Id est vites quoque diuersæ sunt: Non satis autem, B Italæ. Et bene Pender dixit, Nulla enim vitis in Italia est quæ non pendeat. Quam Metymneo carpit d' palmis Lesbos. Lesbos insula est, cuius ciuitas Metymna habet pretiosissimum vinum, Thasie vites. A Thaso insula nominatae Mareotides albae. Ægyptiæ: Mareotis enim pars est Ægypti. & dicendo Alba ostendit etiam esse purpureas, vel alterius coloris. Pinguibus hætteris habiles, leuioribus illæ. Pinguibus Thasiæ, Leuioribus Mareotides. Nam ordinem positum sequimur, cum aperte aliud non commemoratur. Passo Psithia ut lior. Bene Vtilior, vt ostendat etiam de alia vua posse passum fieri, sed melius de Psithia. Passum autem dicitur à patiendo. Nam decoquitur mustum, & inde fit passum. hinc Defrutum dictum est quod defraudatur, & quasi fraudem patitur. Tenuisque Lageos. Lageos est quæ Latinæ leporaria dicitur. Tenuis autem, penetrabilis, quæ citò delcendit ad venas. Tentatura p'des. Terentius, Neque pes neque mens suum satis officium facit. Olim autem aduerbum est cuiuslibet temporis. Purpureæ, Purpurei coloris. Preciaeque Hæ cito maturescunt, vnde & præcie dictæ sunt, quasi præcoqua: quod ante alias coquantur. Quo te carmine dicam Rheticæ. Hanc vuam Cato præcipue laudat in libris, quos scripsit ad filium; contrà Catullus eam vituperat, & dicit nulli rei aptam esse, miraturque cur eam laudauerit Cato. Sciens ergo vtrunque Virgiliius, medium tenuit, dicens, Quo te carmine dicam Rheticæ. Nec collis ideo contendit Falernis: Licet sis à Catone laudata, tamen vino te Campano præferre non debes. Cellis autem Apothecis dicit, nam cellas vinarias dicimus. Et Falernus mons est Campaniæ, in quo optima vina nascuntur. Sunt & Amineæ vites firmissima vina. Amineum venum dictum est, quasi sine minio, id est rubore, nam album est. Sanè Amineum dici versus probat, qui stare non potest, si amineum dixerimus. Tmolus & assurgit quibus & rex ipse Phanæus. Assurgit, Duplex est hoc loco expositio, nam alij volunt sine virtu in subauditione esse possita, quæ aperte dicere non possumus, vt sit, quibus vinis assurgit, id est cedit Tmolus & Phanæus. Quod si aperte dicatur, est vtrunque vittosum, tamen Vitis de Greco traxit: nam iros dicunt. Pleraque autem subaudiunt quæ aperte non possumus dicere, & ipse alibi docet dicens, Nec dextra erranti deus absuit. Et Sallustius qui ait, Quis à Setorio triplices infidiae, per idoneos salutis posita erant. Prima autem & subaudiendam reliquit infidia: quod dicere non possumus. Alij ad superiora referunt, vt Quibus non ad vina referamus, sed ad vites, vt sit, quibus vitibus cedit Tmolus & Phanæus montes vitibus consti. Et est figura: qualis illa in Æneide, Me puer Ascanius capitisque iniuria chari. Quem regno Hesperia fraudo: scilicet Ascaniū, non, quem caput. Tmolus mons est Ciliciæ: Phanæus mons est in promontorio Chij: dictus à Phanæo rege. Ut autem assurgit, cedit sit, tractum est à sedentibus, qui in honorem alicuius, assurgere confuerunt. Rex ipse Phanæus. De Lucillio hoc tractum est, qui ait, *ri sordidij, id est v'go, Argitisque minor*. Quantum ad solam pertinet speciem. Mensis & diis accepta secundis. Grata sacrificus & mensis secundis, pomorum scilicet, Bumaste. Vua in mammæ bouis similitudinem.*

Sed neque quam multæ species, nec nomina que sint
Est numerus: neque enim numero comprehendere refert:
Quem qui scire velit, Lybici velit æquoris item
Discere, quam multæ Zephyro turbentur arena:
Aut ubi nauigis violentior incidit Eurus,
Nesse quot Ionij veniant ad littora fluctus.

Sed neque quam multæ species, nec nomina que sint Est numerus. Scit apud diuersos lecta esse innumerabilia vittum genera, quibus offendit ait. Colligere tanta vittum genera, nec vtile est nec possibile. Qui enim conatur vniuersa cognoscere, debet etiam impossibilia scire, vt est arenarum vel fluctuum numerus.

Nec vero terra ferre omnes omnia possunt:

Flumi.

A

*Fluminibus salices, crassisque paludibus alni
Nascuntur, steriles saxosis montibus ornati:
Littora myrtetis letissima: denique apertos
Bacchus amat colles: Aquilonem & frigora taxi.
Aspice & extremis dominum cultoribus orbem,
Eoasque domos Arabum, pictisque Gelonos:
Diuise arboribus patrie: sola India nigrum
Fert hebenum: solis est turea virga Sabais.*

B

*Nec vero terre ferre omnes omnia possunt. Aut generale est, sicut ait in primo, Et quid queque
ferat regio: aut ad superiora pertinet, ut sit tensus talis, Non prodest nosse cuncta vitium ge-
nera: nec omnia procreantur in omnibus terris, Crassis paludibus, Lutosis naturaliter. Lit-
tora myrtetis letissima. Locum posuit pro ipsis arboribus, sicut salicium pro salicibus, nam myr-
tetum est locus: arbor vero ipsa myrtus vocatur. Denique apertos Bacchus amat colles. Hinc est
quodd vites amant montium laxiora. Aspice & extremis. Intuere etiam extremum orbem cum
suis cultoribus dominum: nam subaudimus cum. Et per transitum maiestatem Romani laudat
imperij. Eoasque domos Arabum, Arabia, Panchaia, Sabaeorum gens est, apud quam tus na-
scitur. ut, Solis est turea virga Sabaeis. Item, Totaque turiferis, Panchaia pinguis arenis. Plau-
tus Arabico ture. Pictisque Gelonos. Stigmata habentes: populi Scythie, ut, Pictique Agathyr-
fi. Diuise arboribus patrie. Regionis, ut, Italiam quero patriam. Sola India nigrum Fert hebe-
num. Atqui & in Aegypto nascitur, sed Indiam, omnem plagam Aethiopie accipimus. Sane &
hæc hebenum, & hoc hebenum dicitur: hic neutro visus est, Lucanus vero ait, Hebenus Mareo-
tica vestos Non operis posse. Hebenus autem arbor est, qua cæsa durescit in lapidem.*

C

*Quid tibi odorato referam sudantia ligno,
Balsamique, & baccas semper frondentis acanthi?
Quid nemora Aethiopum molli canentia lana:
Velleraque ut foliis depestant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi sinus orbis, ubi aera vincere sumnum
Arboris haud villa iactu porovere sagitur?
Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.*

D

E

*Balsamique. Que yacat, ut alibi, Dixitque, & prælia voce diremit. Sane Balsamum est arbor
ipsa: Opobalsamum, succus collectus ex arbore: nam ἡρός dicitur succus τὸ ξύνον lignum ipsius
arboris. Probatio autem opobalsami, ut dicit Plinius, hæc est, Si contra solem feratur & corru-
ptum non sit, manum ferentis exurit. Semper frondentis acanthi? Acanthus arbor est in Aegypto
semper frondens, ut oliua, laurus. Acanthus dicta quia spinis est plena. Abundat hac etiam
Circina insula. Velleraque ut foliis depestant tenuia Seres? apud Indos, & Seres sunt quidam
in arboribus vermes, & bombyces appellantur, qui in aranearum morem tenuissima fila deduc-
cent. Unde est sericum: nam lanam arboream non possumus accipere, quia vbique procrea-
tur. Oceano propior gerit India lucos. Hæc enim habet arbores magnas, quæ est iuxta Ocea-
num, hinc est, Extremi sinus orbis. Depestant. Decerpant. sed alii Depellet legunt, quod si est
Seres, posuit pro Ser: sicut træbes pro træbs. Sic Lucanus, Sub ingiam Seres, iam barbarus issit
Araxes. Non tarda. Id est strenuissima, nam Liptotes figura est.*

F

*Media fert tristes succos, tardumque saporem
Felicit mali: quo non presentius ullum,
Pocula si quando saepe infecere nouerce,
Misericordia que herbas, & non innoxia verba,
Auxilium venit, ac membris agit arra venena.
Ipsa ingens arbos, faciemque simillima lauro:
Et si non alium laie iactaret odorem,
Laurus erat: folia haud illis labentia venis,*

*Flos appima tenax: animas, & olenia Medi
Ora fuent illo: & senibus medicantur anhelis.*

*Media fert tristes succos. Di, sine sibilo proferenda est: Græcum enim nomen est, & Media provincia est. Tristes succos, Amaro, ut, Tristesque lupini. Tardumque saporem Felicis mali. Apud Medos nascitur quædam arbor ferens mala, quæ medica vocatur: quam per Periphrasin ostendit, eius supprimens nomen. hanc plerique citrum volunt, quod negat Apuleius in libris quos de arboribus scripsit: & docet longè aliud genus arboris esse. Tardum autem saporem dicit, vix intelligibilem quod illi ad carnem medium citri referunt. Nam prima & interior facile suum ostendit saporem. Felicis mali. Secundum eos qui dicunt citrum secundum: nam hæc arbor, id est citri, omni penè tempore plena est pomis, quæ in ea partim matura, partim acerba, partim adhuc in flore sunt posita. Aut certe Felicis, salubris. Nulla enim efficacior res est ad venena pellenda. Seu enonece. Aut hæc sive sunt: aut epitheton est omnium noctuerarum. Non innoxia verba. Liptotes, id est nocentissima. Et est augmentum quasi parum putent venena misere, nisi etiam magicos cantus addiderint. Membri agit aura venena. Radices, nubes, lupini, citrum, apum profundit contra futurum, non contra iam acceptum venenum. Vnde etiam antiquitus ante villas alias epulas, hæc solebant mensis apponi. apparebat ergo non eum de citro loqui in præsenti, cum dicit Membri agit aura venena. Iam data. Faciemque simillima lauro. Figura Ciceronis, qui ait in Cæsarianis, Sed simillimum deo iudico. Sane etiam hæc probat citrum non esse: nam citri arbor & multum non potest crescere, & multo habet folia majora quam laurus. Alium lacte iactantes odorem. Et infinitum emitit suum odorem, & longe alium quam laurus. *Flos appima tenax.* Appima, id est maxime. Et est nomen pro adverbio, scit, Et pede terram Crebra ferit, pro crebro. *Animas, & orenas,* Id est pulmonis virtutum anhelitum, quod exprimit subdens, Senibus medicantur anhelis. *Olenia ora.* Putentia, id est suorum oris: Notandum sane huic vni tantum arbori incubuisse Virgilium & expressisse ubi sit, qualis sit, cuius potestatis sit, sicut in quarto de herba amello, quod qui de arboribus aut herbis scripsierunt, in omnibus exequuntur.*

*Sed neque Medorum sylva, ditissima terra:
Nec pulcher Gange, atque auro turbidus Hermus,
Laudibus Italia ceruent: non Bactra, neque Indi,
Totaque turiferis Panchaia pinguis arenis.
Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
Inuertere satis immanis dentibus hydry
Nec gales, densisque virum seges horruit hastis.
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
Impleuere: tenent oleæque armamentaque lata.*

Sed neque Medorum sylva. Iam incipit latus Italæ, quam exequitur secundum præcepta Rhetorica. Nam dicit eam & habere bona omnia, & carere malis universis. Ganges. Indiæ fluuius, per quem prouincia significatur. Hermus. Lydiæ fluuius, arenas aureas trahens. Laudibus Italia ceruent. Figuratè, nam certo tecum dicimus. Bactra. Regio iuxta Asyrios: unde & populi Bactriani dicuntur. Panchaia. Arabia, ut diximus supra, Non tauri spirantes naribus ignem. Quales fuerunt in Colchide ciuitate Seythia, nam hoc habet fabula Iason. Cholchos protectus ad tollendum vellus aureum quod diceuerat Marti Phryxus, fretus Médes auxilio: & peruigillem draconem occidit, & eius dentes sevir iunctis tauris ignem afflantibus, unde nati sunt armati, qui primum fecerunt impetum in Iasonem frustra: postea mutuis vulneribus conciderunt, has autem conditiones Oeta rex proposuerat, cui Apollo responderat, tandem eum fuisse regnaturum, quandiu illud vellus fuisset in templo. Sege horruit. Non placuit. Sege autem quia de semine. Grauidæ fruges. Large abundantes. Massicus humor. Vinum Campanum à Massico monte Campaniæ.

*Hinc bellator equus campo se ardus infert:
Hinc albi Clitunne greges, & maxima taurus
Victima, sape tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad tempora deum duxere triumphos.
Hic ver assiduum, atque alienis mensibus astas:*

Bis gra-

Bis grauidæ pecudes; bis pomis utilis arbos.

A Hinc albi Clitumnus greges. Vocatus est Clitumnus. Clitumnus autem fluvius est in Meuania, quæ pars est Vmbriae partis Tufitæ, de quo fluo, ut dicit Plinius in historia naturali, animalia quæ potauerint, albos foetus creant. *Mazima tauri Victoria.* Quia triumphantes de albis tauris sacrificabant. *Perfusi flumine sacro.* Fluendo. Perfusi autem tauri qui ante triumphantes usque ad tempora ducebantur. Aut certe *perfusi greges intelligamus;* quod ad equos triumphales potest referri. *Duxere triumphos.* Si equi, duxerunt: si boves, deduxerunt. *Hic ver aspidum.* Verna temperies: nam ver aspidum esse non potest. Horatius, *Ver ubi longum tepidæisque præbet Iuppiter umbras.* *Bis grauidæ pecudes.* Verum est. unde enim in Bacolicis, Lac mihi non xstate nouum, non frigore defit. *Bis pomis utilis arbos.* Bisferæ sunt arbores.

*Atrabide tigres absunt, & sana leonum**Semina, nec miseros fallunt aconita legentes:**Nec rapit immensos orbes per huncum: neque tanto**Squameus in spiram tractu se colligit anguis.**Addit egestas urbes, operamque laborem:**Tot congesta maru prærupsis oppida sacis:**Fluminaque aut quos subter labentia muros.*

C *At rabida sigres absente.* Malum Armenie. *Et sana leonum Semina.* Malum Libyæ. *Semina.* Genera. Et est Lucretij sermo. Nam quod sit *Semina*, aut cruenta accipimus, aut re vera *semina*. Ut enim dicit Plinius, *Animalia hæc quæ sunt cum acutis vngubus, frequenter patere non possunt: vitiantur enim intrinsecus le mortuibus pullis.* *Nec miseros fallunt aconita legentes.* Mira arte visus est ut excusaret rem quam negare non potuit. Nam aconita nascuntur in Italia: sed non ea obesse dicit, quia sunt omnibus nota. *Hæc autem herba dicitur nata esse de spumis Cerberi,* quo tempore eum Hercules ab inferis traxit. *Quæ quia in faxis & cotibus nascitur, aconitum dicitur,* & id est à cote: & dicimus *to aconitum* & *to aconitum.* *Neque tanto squameus.* Sunt quidem serpentes in Italia, sed non tales quales in Ægypto, aut in Africa. *In spiram autem, in collectionem volubilitatis:* quod est à funibus tractum. *Addit eos egestas urbes.* Laudat Italianam à ciuitatibus, quas & plures habet & maximas, & opportunitatem collocatas. *Fluminaque antiquos subter labentia muros.* Quod laudat etiam Cicero in libris de repub.

*An mare quod supra memorem, quodque alluit infra?**Anne lacus tantos? te Lari maxime, tisque**Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino?**An memorem portus? Lucrinoque addita claustra?**Atque indignatum magnis stridoribus equor:**Iulia qua porto longe sonat unda resfo:**Tyrrenusque fretis immittitur estus auernis?*

F *An mare quod supra.* Id est Adriaticum. *Quodque alluit infra.* Id est Tyrrenum. *Te Lari maxime.* Larius est lacus vicinus Alpibus, qui iuxta Catonem in Originibus, per sexaginta extendor Italia. Et Larius Lari vocatus facit, sicut Iulus Iuli, Mercurius Mercuri. *Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino?* Benacus lacus est Italæ, qui magnitudine sui tempestates imitatur marinas. Assurgens autem vocatus est casus, ut sit, Memorem & te, & Benace assurgens, id est tumescens & emitu marino. Aut certe Antipotis sit, pro assurgentem. *An memorem portus? Lucrinoque addita claustra?* In Baiano finu Campania contra Puteolanam ciuitatem lacus sunt duo, Auernus & Lucrinus: qui olim propter copiam piscium vestigalia magna praestabant. Sed cum maris impetus plerunque irrumpens exinde pisces excluderet, & redemptores grauius damna paterentur, supplicauerunt senatu: & profectus C. Iulius Cæsar ductis brachiis exclusit partem maris: quæ antea infesta esse consueuerat, reliquitque breve spatium per Auernum, qua & piscium posset copia intrare, & fluctus non essent molesti, quod opus, Iulium dictum est, sed hic ambitiose vndam Iuliam appellavit frementem contra moles a Iulio oppositas. *Indignatum magnis stridoribus equor.* A solita exclusum licentia, & indignationem suam stridoribus prodens.

Hec eadem argenti riuos, & isque metalla

Ostendit venis; atque auro plurima fluxit.
Hac genus acre virum Marios, pubemque Sabellam,
Assuetumque malo Ligurem, Volsosque verutos.
Extulit; hec Decios, Marios, magnosque Camillos,
Scipiados duros bello; & te maxime Cesar,
Qui tunc extremis Asia iam vitor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue magna parens frugum Saturnia tellus,
Magna virum: tibi res antiqua laudis, & artis
Ingredior, sanctos ansus recludere fontes:
Aſcrāumque cano Romanaper oppida carmen.

Auro plurima fluxit. Copiosior fuit, in rem pretiosiorem. *Assuetumque malo Ligurem.* Id est labori. *Volsosque verutos.* Italix populi sunt. *Extulit hec Decios.* Creavit. Decij autem duo fuerunt, quorum vnuſ bello Italico, alter Gallico le deouere pro rep. *Marios.* Marij multi fuerunt: quorum vnuſ septies fuit consul. *Camillos.* Abusue. Nam vnuſ fuit qui à Gallis sublata signa reuocauit. *Scipiadis.* Pro Scipionibus dixit: sicut Amazonidum pro Amazonum alibi posuit. Scipiones autem duo fuerunt, avus & nepos: quorum vnuſ leges viæ Carthaginii imposuit, alter eandem diruit. Hæc autem omnia plenius in sexto memorauimus. *Imbellem auertis.* Id est auertendo reddis imbellem. *Romanis autem Arcibus,* Romanis vribus, à Romano imperio. *Magna virum.* Vironum fortium. Iam concludit laudans à viris, à fertilitate rerum, à Saturni imperio. *Tibi res antiqua laudis & artis ingredior.* In tuam utilitatem scribo carmen Georgicon. Antiquæ autem laudis, vel magnæ, vel quod apud maiores in ingenti honore fuerat agricultura. *Aſcrāum carmen.* Hesiodicum. Eam Hesiodus de ciuitate Afræ fuit.

Nunc locus aruorum ingenij, que robora cunque,
Quis color, & qua sit rebus natura ferendis.
Difficiles primum terre, collēsque maligni;
Tenuis ubi argilla, & dumosis calculus arnis.
Palladia gaudent sylva vinacis olive.
Indicio est tractus surgens oleaster eodem
Plurimus: & strati baccis sylvestribus agri.

Nunc locus aruorum ingenij. Naturis Tempus est inquit naturam agrorum describere. Et multi hoc loco culpant Virgilium, quod in vnum coegerit quatuor librorum propositionem. Nam & aruo, & de confito, & de pascuo, & de flore oīto in loco commemorat. quod ideo non est reprehendendum: quia non ea latè exequitur: sed capitum & breuiter transit, quæ latius explanat in singulis. *Que robora cunque.* Quæ sit possibilitas vniuersi. *Quis color.* Quæ species. quomodo dicimus, quo colore ille recitavit: licet breuiter etiam sit dicturus de colore terrarum. *Difficiles primum.* Penè steriles parum creantes. *Maligni.* Infœundi, quia malignum veteres infœundum dicebant, ut ipse alibi. Quale per incertam lunam, sub luce maligna. Est iter in sylvis. *Tenuis ubi argilla.* Si è humore, quia est & pinguis. *Calculus.* Lapis brevis terræ admixtus. Dicitus calculus quod sine molesta sui brevitate calcetur. *Vinacis olive.* Diu viuentis. hinc suprà, Tarde crecentis oliuæ. Res enim diu duratura tarde crescat necesse est. *Tractu Plaga, regione.*

At quæ pinguis humus, dulcique viginie lata:
Quique frequens herbis, & fertilis ubere campus:
Qualem sape caua montis connalle solemus
Despicere: huc summi liquuntur rupibus amnes:
Felicemque trahunt limum: quique editus Austru,
Et felicem curuis inuisam pascit aratri:
His tibi prealidas olim, multoque fluentes

Sufficiet

G E O R G . II.

10 *

A
*Sufficiet Baccho vites: hic fertilis vuas:
 Hic laticis: qualem pateris libamus, & auro,
 Inflavit cum pinguis ebur Thyrrhenus ad aras:
 Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.*

B
Dulcique viginetea. Vligo propriè est naturalis humor terræ, ex ea nunquam recedens. bene autem Duci addidit, ad discretionem amara. Vlginosus ergo ager est. semper vuidus. nam vuidus dicitur qui aliquando siccatur. Felicem limum Terrarum tunc licet, id est fertilem. nam fluminum limus est noxious. Huc illuc. Et felicem curvis imusam. Radices enim eius sibi in vicem sunt nexe, & aulis renascuntur. Olim. Quouis tempore, Pateris & auro. Pateris aureis. & ha. ab. vt, Molémque & montes. Pinguis Thyrrenus. Victimarum scilicet carnibus. Inflavit ebur. Tibiarum quibus in aurem sacerdotis cani solebat. Lancibus pandis. Aut patulis, aut extorum ponde- re incurvatis. Fumania reddimus exta. Sacerdotum usus est verbo. Reddi enim dicebantur exta, cum probata & elixa aræ superponebatur.

C
*Sin armenta magis studium, vitulæ que tueri,
 Aut fetus ouium, aut vrenteis culta capellas:
 Saltus, & saturi petto longinqua Tarenti:
 Et qualem infelix amisit Mantua campum,
 Pascentem nuncos herboſo flumine cyenos.
 Non liquidi gregibus sintes, non gramina defunis:
 Et quantum longis carpent armenta diebus,
 Exigua tantum gelidus ros nocte reponer.*

D
Aut vrenteis culta capellas. Omne enim quod momorderint, vrunt, vnde est. Et admorso fi- gnata in stirpe cicatrix. Sanri Tareni. Aut secundi, aut quod est iuxta oppidum Saturum. Ta- rentum enim & Saturum vicina sunt Calabriae ciuitates. Horatius. Me Sanriano vectari rura ca- bello. Liquidi fontes. Puri, sine pestilentia. Et quantum longis. Ut in Aeneide diximus, hoc dicit Varro fusile in Rosulano agro, postquam Velinus siccatus est lacus: ubi longam perticam ma- ginitudo superabat herbarum.

E
*Nigrasferæ & presso pinguis sub vomere terra,
 Et cui puræ solum (namque hoc imitamur arando)
 Optima frumentis: non vlo ex equore cernes
 Plura domum tardis decadere planstra iuuenis,
 Aut vnde iratus syluam deuexit arator:
 Et nemora enerit multos ignana per annos:
 Antiquasque domos auium, cum stirpibus imis
 Eruit: illa altum nidis petiere relictis,
 At crudis eruit impulsò vomere campus.
 Nam ieunia quidem cluosi glarea ruris
 Vix humiles apibus casias, rorémque ministrat:
 Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris
 Creta, negant alios aequo serpentibus agros
 Dulcem ferre cibum: & curvas præbere latebras.*

F
Aut vnde iratus. In fœcunditate diurna. Antiquasque domos. Aut re vera antiquas, aut chia- ras. Sallustius. Tantum antiquitatis cureque maioribus pro Italica gente fuit. Est autem ecbasis in illa descriptione. Ieiuna glarea Sicca & sterilis terra. Casias roremque. Casia, & Rosmarinus apibus aptæ sunt herbae. Tophus scaber. Lapis asperitus. vnde & scabies dicitur ab asperitate. Nigris. Nocentibus. Negant Nicander & Solinus, qui de his rebus scripserunt.

*Quæ tenuem exhalat nebulam fumosque volucres:
 Et bibit humorem: & cum vult, ex se ipsa remittit:
 Quæque suo viridi semper: se gramine vestit:
 Nec scabie, & salsa ledit rubigine ferrum:*

P. VIRGIL.

Illa tibi latet intexit vitibus vltos:
 Illa ferax olea est: illam experiere colendo
 Et facilem pecori. & patientem vomeris vnci.
 Talem diues arat Capua. & viscina Vesuvio
 Ora iugo. & vacuis Clanius non aquis Aceris.

Quae tenuem exhalat nebulam. Dicit agrum omnium rerum feracem. Quatuor enim genera agrorum imitantur, qui solum potest quod illi quatuor: sicut sequentia indicant. Fumosque volvuntur. Quasi fumos, scilicet ex humore suo gramine. Naturali scilicet, non coacto. Nec scabie & salsa ledit rubiginem ferrum. Proprietate. Nam rubigo quasi scabies ferri est. Diues Capua. Ideo diues, qui a talen arat. Vesuvio. Vesuvius mons est Liguriæ, sub alpibus positus. nam Campania Vesuvius dicitur: pro quo multi Vesuvium esse positum volunt. Et vacuis Clanius non aquis Aceris. B. Acerre ciuitas est Campania, haud longe à Neapoli: quam Clanius præterfluit fluvius: cutus frequens inundatio eam exhaustit. Vnde ait vacuis, id est, in frequentibus.

Nunc quo quanque modo possis cognoscere, dicam.
 Rara sit, an supra morem sit densa, requiras:
 Altera frumenta, quoniam fauet, altera Baccho:
 Densa magis Cereri, rarissima queque Lyao:
 Ante locum capies oculis: alteque iubebis:
 In solido puteum demitti, omnemque repones:
 Rursus humum: & pedibus summas aquabis arenas.
 Si deerint, rarum, pecoriique & vitibus almis
 Aptius uber erit: si in sua posse negabunt.
 Ire loca: & scrobibus superabit terra repletis:
 Spissus ager: glebas cunctantes, crassaque terga
 Expecta, & validis terram proscinde iuuentis.

Supra morem. Abundanter, plus & quo. Illi autem versus incomparabiles sunt: tantam habent fine aliqua periflogia repetitionem. Densa magis Cereri. Bene addidit magis: nam hoc vult ostendere quid vbi melius nascitur, potest enim & frumentum in rara, & vinum in densa, sed non feliciter nasci. Capies. vt. Aut capere, aut captas iam despectare videntur. In solido. D. Ne ager sit concauus. Aptius uber erit. Aptior vberitas & fertilitas. Glebas cunctantes. Validas, graues, magnas: vt. Auidulq; restingit Cunctantem. Expedita. Proba. vt. & rebus spectata iuuentus.

Salsa autem tellus, & qua perhibetur amara,
 (Frugibus infelix ea, nec mansuetum arando:
 Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat.)
 Tale dabit specimen. tu spissu vimine qualos,
 Colaque prælorum fumosis deripe teclis.
 Huc ager ille malus, dulcisque a fontibus unda
 Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
 Scilicet: & grandes ibunt per vimina guttae.
 At sapor indicium faciet manifestus: & ora
 Tristia tentant sensa torquebit amaror.

Nec mansuetum arando. Dum aratur, alibi de arboribus ita, Exuerint sylvestrem animum. Sua nomina. Propriam generositatem. vt. Et nos aliquod nomineque decusque Gesimus. Specimen. Dignam probationem. Spissu vimine. Spissi vithinis. Qualos colaque prælorum. Qualos, per quos vinum defluit: qui & ipsi a colando dicti sunt. Praea autem tristes sunt, quibus vua iam calcata premitur. Eluctabitur. Cum mora egreditur. Amaror. Amaritudo. & est sermo Lucerij: & vera lectio ipsa est. Nam multi amaro leguntur sit. Senfu amaro.

Pinguis item qua sit tellus, hoc denique pateo
 Discimus: hanc unquam manibus tactata farisci:

A

Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo.
 Humida maiores herbas alit, ipsaque iuſto
 Letior: ab nimium ne fit mihi fertiliſ illa:
 Neſe praualidam primis oſtendat ariftis.
 Qua grauiſ eſt ipſo tacitam ſe pondere prodiſ:
 Queque leuiſ promptum eſt oculis praedifcere nigram
 Et quiſquiſ color: at ſceleratum exquirere frigus
 Difficile eſt: picea tantum, taxi que nocentes.

B

Habendo. Dum habetur, lenescit. Cohæret. iuſto letior. Ulta modum, plus quam oportet. Ab nimium ne fit mihi fertiliſ illa. Ne herbae plus aequo crescentes ſpem adimant frumentorum Vnde ait in primo, Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba Primis ariftis. Herbis ſurgentiibus, quarum luxuries futuriſ frugibus nocet: quas culmi tenues ferre non poſſunt. Et quiſquiſ color. Vera lectio haec eſt, nam male quidam. Et quiſ cuique legunt, excludentes At: vt fit, Et quiſ cuique color, ſceleratum exquirere frigus, Difficile eſt. Alij colos legunt, vt exclusos, fiaſ Synalœpha: & ſcandamus ita. Et quiſ cuique col at ſceleratum: vt ſic fit, quemadmodum, Inter ſe coiſſe viros & decernere ferro. quod non procedit. Tunc enim, in ſmutatur, cum longa opus eſt syllaba, vt color, colos, labor, labos, honor & honos, hic autem non ſolum longam non facit syllabam, ſed etiam excludit ſum ſuperiore vocali. vnde legendum eſt quiſquiſ color, quod nec obſcuritatem affert, nes fidem derogat lectioni. Sceleratum. Nocens, omnia exuens. Hedera pandum uestigia nigrae. Hederae indicant frigus, nam uestigia appellauit indicia. Nigra autem ad albarum diſcretione, vt Hedera formoſior alba.

C

His animaduerſis, terram multo ante memento
 Excoquere: & magnos ſcrubibus concidere montes:
 Ante ſupinatas Aquiloni oſtendere glebas,
 Quam leuum infodias vitiſ genu: optimaputri
 Arua ſolo: id veni curant, gelidaque pruine,
 Et labefacta mouens robustus iugera foſſor.
 At ſi quos haud villa viros vigilantia fugit:
 Ante locum ſimilem exquirunt, ubi prima paretur
 Arboribus ſegeſ, & quo mox digeſta feratur:
 Mutata ignorent ſubito ne ſemina matrem.
 Quin etiam cali regionem in cortice ſignant:
 Vt quo queque modo ſteterit: qua parte calores
 Aſtrinos tulerit: qua terga obuerterit axi:
 Reſtituant, adeo in teneris conſuēſtere multum eſt.

D

His animaduerſis, Ideſt, agri qualitate deprehenſia. Terra multo ante memento Excoquere. Hoc diſcit, non eſt eo anno ponendas vites, quo fodiuunt ſcrubos: ſed poſt annum, vt calore, frigore, & labore rufſici poſſit terra putrefieri. Infodias. Obruias. Et labefacta mouens. Hypallage mouens & labefaciens. Ante locum ſimilem exquirunt. Dicit, in traſlatione arborum ſimilem terram eſte requirendam. Arboribus ſegeſ. Quia de ſeminario loquitur arborum, bene ſegeum appellauit. Digeſta. Id eſt, ordinata, vt, Digerit in numerum, aueque antro ſeclusa relinquit. Matrem. Terram, vt, Antiquam exquirite matrem. Qua terga obuerterit axi. Septentrioni. Nam Graece αὐγὴ diſcitur.

E

Collibus, an plano melius ſit ponere vites,
 Quare prius, ſi pinguis agros metabere campi,
 Densaſere: in deno non ſegnior ubere Bacchus.
 Sin tumulis acclive ſolum, collēſque ſupinos:
 Indulge ordinibus, nec ſeciuſ omnis in unguem
 Arboribus poſtis ſecto via limite quadret:
 Ut ſape ingenti bello cum longa cohorteis.

A
Explicitie legio: & campo stetit agmen aperto,
Directaque acies ac late fluctuat omnis
Ære renitendi tellus:nec dum horrida miscent
Pralia:sed dubius mediis Mars errat in armis.
Omnia sint paribus numeris dimensa viarum:
Non animum modo vii passat, prospexit inanem:
Sed quia non aliter vires dabit omnibus aquas
Terra:neque in vacuum poserunt se extenderem.

B
Collibus, an plano melius sit ponere vitam. Quære. Atqui supra ait, Denique apertos Bacchus
amat colles: sed etiam in vallis bus ponit vites superius indicauit. vt, Hic tibi præualidas o-
lim multo que fluentes Sufficiet Baccho vites. Vnde modo virumque complebitur, & dicit
quemadmodum in plano, quemadmodum in collibus vites ponere debemus Metabere. Eliges.
& longe alia significatio est Metor metaris (vnde Lucanus, Hesperios audax veniam metator in
agros) & alia Metior metiris. Illud enim metatus sum: hoc meflus sum facit, vt, messum de polli-
ce florem. Densa. Pro dense. vt, Et pede terram Crebra ferit, pro crebro. Indulge ordinibus. Da
operam: vt, Indulgenti vino, & eos effice largiores. Nam de plano ait, Densa sere. In vnguen. Ad
perfectionem. Et est translatio à marmoratis, qui iuncturas vnguibus probant. Horatius, Ad C
vnguen Factu homo. Arboribus positis. Vitibus ordinatis. Secto limite. Ducto. Vnde & sectæ phili-
lophorum dicuntur, id est ductus. Quadret. Consentiat, congruat. Translatio à quadris lapidi-
bus, qui fibi inuicem bene conueniunt. Fluctuat. Splendet. Numeris. Ordinationibus. Pascit
prospectus. Dilectet. vt, Atque animum pictura pacit inani.

Forsitan & scrobibus que sunt fastigia, queras:

Ausim vel tenui vitem committere sulco.

Altius, ac penitus terra desigitur arbos:

Æsculta in primis: que quantum vertice ad auras

Ethereas, tantum radice in tartara rendit.

Ergo non hyemes illam, non flabria, neque imbre

Conuellunt: immota manet: maloisque per annos

Multa virum volvens durando secula vincit:

Tum fortes late ramos, & brachia tendens

Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet umbram.

D
Forsitan & scrobibus que sunt fastigia queras. Ut etiam supra diximus, scrobes sunt masculini ge-
neris, nam Cicero in Oeconomicis sic dicit: & Plautus ait Sexagenos scrobes. Minor autem est
Lucani, & Gracchi authoritas. Nam Lucanus ait, Exigua posuit scrobe. Gracchus, Abunde fessa E
scrobis est, quod exemplum in Terentiano est. Que sunt fastigia queras. Fastigium & summæ &
imæ partis possumus dicere: sicut altum & mare & celum dicimus. Hinc est, Celumque pro-
fundum. Cum & puteus sit profundus. Ausim. Ausus sum, andebo. Sulco. Id est fossæ. Æsculus in
prima. Arbor est glandifera, que licet ab eis dicta sit, ramen per eam scribitur, sicut & celatum, li-
cet à celo, celas habeat derivationem. Non flabria. Hoc nomen tantum pluralem recipit num-
erum, ab eo vero quod est flamina, flamen possumus dicere: licet sit vitandum propter aliam si-
gnificationem. Nam dicitur flamen Dialis, flamen Martialis.

E
Nœve tibi ad solem vergant vincia cadentem:

Nœve inter vites corium sere: nœve flagella.

Summa pete: aut summas defringe ex arbore plantas:

(Tantus amor terre) neu ferro lade retuso

Semina: neve olea sylvestres insere trunco.

Nam sepe incantis pastoribus excidit ignis:

Qui furtum pingui primum sub coriice tectus,

Ribora comprehendit: frondesque elapsus in altas

Ingentem calo sonitum dedit: unde secutus

Per ramos victor, pérque alta cacumina regnat:

Et totum inuoluit flammis uenust: & ruit atram.

Ad ea-

GEORG. II.

113

A

*Ad cœlum picea crassus caligine nubem.
Presertim si tempestas à vertice syluis
Incubuit globo: tique ferens incendia ventus,
Hoc ubi: non à stirpe valent; casaque renerti
Possunt, atque ima similes renirescere terra:
Infelix superat folis oleaster amaris.*

Neve inter vites corylam sere. Radicēs enim eius nocent vītibus. Neve flagella Summa pēte. Flagella dicuntur summæ arborum partes; ab eo quod ventorum trebros sustinent flatus. Tantus amor terre. Sic diligenter à rusticis ager est colendus. Ferro lēde retuso. Retuso, obtuso, quo vites qualiantur potius quam putantur. Neve oleo sylvi sires in sere trancos. Non quod non profit, sed ut etiam ipse dicit, propter casum incendijs. Incautis pastoribus. Negligentibus, circa alia occupatis. Et ruit atram. Egerit, emittit, & ruere facit. Nam modo ruit agentis est. A vertice. Ab Aquilone, vt. Hic vertex nobis semper sublimis. Ferens. Flans. vt. Fieret vento mora nequa ferenti. Hoc ubi. Subaudi contigerit. Superat. Superest. vt. Quid puer Afcanus superatne?

C

*Nec tibi tam prudens quisquam persuadet author
Tellurem Boream rigidam spirante monere.
Rura gelatum claudit hyems; nec femine iacto
Concretam patitur radicem affigere terre.
Optima vinetis satis est: cum vere rubenti
Candida venit avis longis innisa columbris,
Prima vel autumni sub frigore: cum rapidus sol
Nondum hyemem contingit equi: iam praterit astas.*

D

Nec tibi tam prudens quisquam. Dicit quo tempore vites ponenda sint: & probat tolerabiliter autumno, melius verno, nam dicturus, Ver adeo frondi nemorum, ver utile sylvis: Concretam radicem. Ante enim quasi gutta quedam est ex terra & humore procreata, quæ postea tenditur in radicem. Vere rubeni. Floribus splendido. Candida venit avis. Iuuenalis, Serpente ciconia pullos

D Nutrit.

*Ver adeo frondi nemorum, ver utile sylvis:
Vere tument terra, & genitalia semina poscunt.
Tum pater omnipotens fœundis imbris, æther
Coniugis in gremium latæ descendit, & omnes
Magnus alit magno commissus corpore fœtus.
Avia tum resonant avibus virgulta canoris:
Et Venerem certis repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager. Zephyrōque repentinibus auris
Laxant arua sinu: superat tener omnibus humor:
Inque nouos soles audentes se gramina tuto
Credere nec metuit surgentes pampinus Astros.
Aut actum calo magnis Aquilonibus imbre
Sed tradit gemmas, & frondes explicat omnis.*

Vere tument terra. Asper simpliciter accipit, vt terræ nominatiūs sit pluralis. Donatus vero terra genitiuum vult esse singularem: vt sit sensus mutata distinctione. Vere tument sylva & scilicet à superioribus; terra & genitalia semina poscunt. Id est tument sylva & genitalia semina terrarum requirunt. Sed melius Asperum sequimur: vt Genitalia semina, quæ nos facimus intellectu ligamus, non quæ ex terra sylva suscipiunt. Genitalia autem dicimus semina, quibus aliquid procreatur & gignitur. Tument. Suspenduntur. Pater omnipotens fœundis. Interdum pro æte Iuno, & pro æthere Iuppiter accipit. Aliquoties & pro aere & pro æthere Iupiter. Iuno vero pro terra & aqua: sicut hoc loco intellimus. Nam æther non habet pluvias, unde ætherem pro Ioue accipimus: cui tribuuntur aer & æther: quæ duo mixta terra & humori vniuersa procreant. Dicit autem verno tempore esse pluvias, quibus cuncta nascuntur, unde fœundis im-

bribus dixit: quibus terra fœcundatur. *Magnus commixtus corpore fatus.* Pro corpori. ut, Hæret pede pes. Item alibi. Et magno se corpore miscet. Licet possimus accipere. Commixtus terra magno suo corpore, id est ætherio. *Certis diebus.* Statutis, legitimis, à natura arcana quadam ratione dispositis, ut traxat Lucretius, qui dicit tationem hanc ex ætherio calore descendere. *Almus ager:* Ab eo quod nos alat, Zephyri. Fauonij alibi. Et Zephyro putris se gleba resolut. Horatius. *Soluitur acris hyems grata vice veris.* & Fauoni. Novos soles. Dies vernales. Nec metuit surgentes pampinus austros. Variè. Nam suprà ait, Audent se gramina tuto Credere. *Tradit,* Propellit, effundit in folia.

Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem
Crediderim: ver illud erat: ver magnus agebat
Orbis: & hybernis parcebant flatibus Euri:
Cum primum lucem pecudes hanse, virumque
Ferrea progenies duris caput extulit aruis:
Immissaque fera sylvis & sydera celo.
Nec res hunc tenera possent perferre laborem
Si non tanta quies iret frigusque caloremque
Inter: & exciperet celi indulgentia terras.

Non alios prima. Hoc secundum licentiam poetica dixit, nam falsum est. Constat enim post factum mundum ex qualitate cursus solis tempora esse diuisa. *Tenorem.* *Datum,* hic continuationem. *Ver illud erat.* Absoluta elocutio; quicquid illud fuit, ver fuit. *Hybernus flatibus.* Asperis, fœuis. *Virumque Ferrea progenies.* Procreata ex lapidibus ad laborem. Alibi, Vnde homines natu durum genus. *Immissaque fera sylvis.* Hunc ordinem propter Arcadas tenuit, qui se Proselenos esse asserunt, idest antelunam natos: quod & Cicero in Fundaniana commemorat: & Statius qui ait, *Arcades astris lunaque priores.* *Hinc laborem.* Vel frigoris, vel caloris. *Quies.* Tranquillitas. *Et est veris definitio, Celi indulgentia.*

Quod superest, quæcumque premes virgulta per agros
Sparge imo pingui, & multa memor occule terra:
Aut lapidem bibulum: aut squalenteis infode conchas:
Inter enim labentur aqua tenuisque subibit
Halitus, atque animos tollent sata. iamque reperti,
Qui saxo super, atque ingentis pondere testæ
Vrgerent: hoc effusos munimen ad imbras:
Hoc ubi hiulcasiti findit canis astifer arua.

Quod superest. Non quod deest, sed quod sequitur. *Premes.* Demerges, infodies. *Quæcumque virgulta.* Siue de plantariis, siue de arboribus. *Lapidem bibulum.* Qui arenarius vocatur. *Aut squalentes infode conchas.* Concha autem propter admittend. spiramina infodiuntur. Lapis vero arenarius, & propter spiramina, & propter hauriendum humorem, si forte nimius fuerit. *Squalentes.* Sordidas. *Animos tollent.* Sument ab his rebus magnitudinem. *Iamque reperti.* Scilicet diligenteriores. *Effusos munimen ad imbras,* Contra nimias pluuias. *Hiulca.* Nimis caloribus fissa.

Seminibus positis superest dedicere terram,
Sapius ad capita & duros iactare bidentes.
Aut presso exercere solum sub vomere, & ipsa
Flectere luctantes inter vineta iuuencos:
Tum leucis calamos, & ras, hastilia virge:
Fraxineaque aptare sudes, furcasque bicornes.
Viribus eniti quarum, & contemnere ventos
Assuefacti summasque sequi tabulara per vilmos.

Ad capita. Positarum scilicet vitium. *Iactare autem bidentes.* Hoc ad comminuendas pertinet glebas. Dicit autem circumfodiendum esse: & ad ipsa capita plantarum terram adducendam,

& se-

GEORG. II.

15

A & sepius ideo, quia & vento & imbris à capite terra descendit. *Flectere luctantes.* Cum quādā moderationē ducere, ne tenera adhuc virgulta concutiant. *Leuis calamor. Nitidus.* Dicit autem & cannas & virgas radendas, ne ex corticibus rubigo aduersa vitibus possit creari. *Sequī tabulata.* Tabulata sunt rami effusiores & in plana tendentes, non in altiora crescentes.

At dum prima nouis adolescit frondibus astas,
Parcendum teneris, & dum se latet ad auras
Palnes agit laxis per purum immisus habentis:
Ipsa acie falsis nondum tentanda, sed vncis
Carpenda manibus frondes, interque legende.
Inde ubi iam validis amplexæ stirpibus ulmos
B Exierint: tunc strunge comas, tunc brachia ronde:
Ante reformidant ferrum: tum denique dura
Exerce imperia, & ramos compescere flenteis.

Adolescit. Crescit. Per purum. Per aerem, quasi inanem. Ipsa acie falcis nondum tentanda. Si acies
sensus hic est, Teneris adhuc vitibus, non est falcis acies necessaria. si acie, subaudimus virgulta:
vt sit, Ipsa virgulta nondum falcis acie tentanda sunt. Stirpibus. Solidioribus palmitibus, id est
truncis.

Texendæ sepes etiam: & pecus omne tenendum est:
Principiæ dum frondes tenera, imprudensque laborum:
Cui, super indignas hyemes, solēmque potenter,
Sylvestres vri assidue, capreæque sequaces
Illidunt, pascuntur oves, auidæque iuuenca.
Frigora nec tantum cana concreta pruina,
Aut grauis, incumbens scopulis arenib' astas:
Quantum illi nocuere greges, durique venenum
Dentis, & admorsæ signata in stirpe cicatrix.

Frons tenera. Frons vera lectio est. Lucretius. Fonds virasque domos anium. Apud antiquiores

D enim singularis nominatiuus erat frondis: hodie vero & à fronde vnu est nominatiuus frons, sicut etiam lōns à lente, & à lende capitū breuiore pediculo. *Texendæ sepes etiam.*
Alij hic distingunt: alij separant texendæ, sepes etiam & specus omne tenendum. Solemque po-
tem, Intolerabilem, grauem. Indignas autem Hyemes, Sævas. Sylvestres vri. Id est boues agre-
stes, qui in Pirenæo monte nascuntur inter Gallias & Hispanias posito. Sunt autem excepti
elephantis, maiores animalibus cæteris, dicti vri 'χν' ταῦ θρα. id est à montibus. Capreæque se-
quaces Id est persecutrices, seu quod, vites persequantur, vt, Maleæque sequacibus vndis. In-
cumbens scopulus. Etiam saxa caloribus penetrans. Admorsæ. Participium est, ac si diceret abroso.

E Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Ceditur: & veteres ineunt proscenia ludi:
Premiaque ingentes pagos, & compita circum
Thefida posuere: atque inter pocula leti
Mollibus in pratis vntlos saluere per vtres.
Nec non Ausonij Troia gens missa coloni
Versibus incomptis ludunt, risisque soluto:
Oraque corticibus sumunt horrenda cauatis:
Et te Bacche vocant per carmina leta, tibique
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

F Non aliam ob culpam. Victimæ numinibus aut per similitudinem, aut per contrarietatem immi-
lantur. Persimilitudinem, vt nigrum pecus Plutoni. Per contrarietatem, vt porca, quæ obest frugi-
bus, Cereri: & Caper qui obest vitib. Libero. Item capra Aesculapio qui est deus salutis, quæ ca-
pra nunquam sine febre sit. Aris autem omnibus non sine causa dixit. Nam cum numinib. cæ-
teris varie pro qualitate regionum sacrificetur, vt Veneri Paphie tantæ de ruie: unde est. Hand

P. VIRGIL.

116

equidem tali me dignor honore. Genitici verò Idest, Romanæ, etiam de victimis; Libero vbi que caput immolarur, quia vites, quæ in honore ipsius fuerant, ab eo comedentur sunt. Iratus Libero pater eum occidi fecit, & ei tolli vtre, in quo mitti vinum fecit pro eius vindicta. Veteres inueniunt profectus ludū. Primi ludi theatrali ex liberalibus nati sunt: Ideo ait, veteres ludi. Prosecuri autem sunt pulpita ante scenam in quibus ludicra exercentur. Pagos & compita circum, Idest, per quadriuia, quæ compita appellantur, ab eo quod multæ viæ in unam confluant. & villas, quæ pagi &c. appellantur, id est à fontibus circa quos villa consueverant conditi. Unde & pagani dicti sunt, quasi ex uno fonte potantes. Compita autem sunt unde ludi compitalitij vocantur. Thesidei, Athenienses, qui primi ludos instituere liberales. Mollibus in præsis vñctos saluere per vires. Vnctos vel oleo vel lexiua. In præsis autem ideo ne laederentur cadentes. Vires verò siebant ad insultationem etiam mortuorum caprorum, ne quid ex his esset quod non sentiret inutile. Saluere. Secundum artem locutus est. Nam Salio salui dicebant: vnde & Ciceron ait, in Miloniana. Cum hic de rheda retecta penula defilisset. Sic etiam ab eo quod est Cano, non cecini, sed canui dicebant, vnde Sallustius, Cornua occanuerunt. Nec non Ausonij Troia gens. Hoc est etiam Romani hæc sacra celebrant & canunt, nam hoc est Versibus incomptis ludum. Idest carminibus. Saturnio metro. compositis, quod ad rhythmuin solum vulgares compone se consueverunt. Horatius Liberasque recurrentes accepta per annos Lusit amabiliter. Risusque soluto. Id est cachinno. Oraque & rictibus sumunt. Quia necesse erat pro ratione sacrorum aliqua ludicra & turpia fieri quibus possit populo risus moueri: qui ea exercebant propter verecundiae remedium hoc adhibuerunt, ne agnoscerentur, ut personas factas de arborum corticibus sumerent. Et te bacche vocans. Hymnos in tuum canunt honorem. Tiliique oscilla. Mollia, pensilia, vt, Pilentis matres in mollibus. Oscillorum autem variae sunt opiniones. Nam alii hanc assertunt fabulam, Icarius Atheniensis pater Erigones, quum acceptum à Libero patre vinum mortalibus indicare, occitus est à rusticis: qui cu n plus æquo potassent, inebrinati venenum se accepisse crediderunt, huius canis est reuerlus ad Erygonem filiam, quæ cum eius comititia vestigia perueniunt ad patris cadaver, laqueo vitam finiuit. Hæc deorum voluntate inter astra relata est, quæ vocat virginem. Canis quoque ille est inter sydera collocatus. Sed post aliquantum tempus Atheniensibus morbus immissus est talis, ut eorum virgines furore quodam compellerentur ad laqueum, responditque oraculum sedari posse pestilentiam illam, si Erigonis, & Icarij cadavera requirerentur: quæ cum diu quæ sita nusquam inuenirentur, ad ostendendam suam devotionem Athenienses, ut etiam in alieno ea quætere viderentur elemento, suspenderunt de arboribus funem: ad quem se tenentes homines hac arque illæ agitant, ut quasi etiam per aerem illorum cadavera querente, viderentur. Sed quum inde plerique caderent, inuentum est ut formas, ad os sui similitudinem facerent, & eas pro se suspensas mouerent. Vnde & oscilla dicta sunt ab eo, quod in his cillerentur, id est mouerent ora, nam cillere est mouere, vnde & furcillæ dictæ sunt, quibus frumenta cillentur. Alij dicunt oscilla membra esse virilia de floribus facta, quæ suspenderebant, per intercolumnia: ita vt in ea homines acceptis clausis personis impingerent, & ea ore cillerent, id est mouerent ad risum populo commouendum. & hoc in Orpheo lectum est. Prædeioribus ramen aliud placet, qui dicunt sacra Liberi patris, ad purgationem animæ pertinere. omnis autem purgatio aut per aquam sit, aut per ignem, aut per aerem: sicut & in sexto ait, Alij panduntur inanes Suspensæ ad ventos, aliis sub gurgite vallo, Infestum elatitur secus: aut exuritur igni. Ut nunc per oscilla genus purgationis, videlicet aeris quod est maximum intelligamus: Nam primum aquæ est, secundum est ignis, tertium aeris.

Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu:
Completur vallisque caua, saltusque profundi,
Et quoconque deus circum caput egit honestum.
Ergo rite suum Baccho dicemus honorem
Carmibus patriis: lancesque, & liba feremus:
Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram:
Pinguisque in verubus torrebitim exta columnis.

Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu. Post hæc sacra celebrata. Ergo rite suum Baccho dicemus honorem. Iustè igitur Liberi celebribimus sacra. Honestum, Pulchrum. Carmibus patriis. Id est Romana lingua, pleraque enim sacra, pro gentium qualitate: pleraque secundum supnum ritum coluntur, nam hymni Libero apud Græcos græca, apud Latinos latina voce dicuntur. Hymni verò matri deum: ubique propriam, id est Græcam linguam requirunt. Stabat sacer. Placebit. Tunc enim est aptum sacrificium, cum dedicatum animal victimæ patiens inuenitur vnde

A vnde & alibi sic ait, Et statuam ante aras aurata fronte iuuenum. Id est placere faciam. Contra Lucanus, *Discissa fugit ab ara Taurum. Sacer autem execrabilis, vt, Auri sacra fames. In verubus sorribimus extra columnis.* Quia sicut etiam caper est inimicus vitibus, ita eis nocet & corylus. Vnde & ait supra, Néve inter vites corylum sere.

Est etiam ille labor curandis vitibus alter:

Cui nunquam exhausti satis est: namque omne quotannis

Térque quaterque solum scindendum: glebaque versis

Æternum frangenda bidentibus: omne leuandum

Fronde nemus: redu agricolis labor actus in orbem:

Atque in se sua per vestigia volvitur annus.

Et iam olim, seras posuit cum vinea frondes,

Frigidus & sylvis Aquilo decussit honorem:

Iam tum acer curas venientem extendit in annum

Rusticus: & curvo Saturni dente reliquat

Persequitur vitem attondens, fingitque putando.

C *Est etiam ille labor. Iam paulatim rendit ad vitium vituperationem, dicens & infinitum esse earum laborem, vt, Cui nunquam exhausti satis est: & incertum fructum, vt, Et iam maturis metuendis Iupiter vuis, & ipsum etiam fructum perniciolum: vt, & Bacchus & ad culpm caussas dedit. Exhausti satis est. Exhaustionis, finitionis, quod quia asperum visum est, se ad figuram transfluit, & ait *Exhausti, vt Seruantissimus æqui: pro æquitatis. Omne solum. Continens, scilicet vites. Æternum. Semper, perpetuo. Et absolute locutus est.* Leuandum fronde nemus. Relevandum, spoliandum. Omne autem nemus dicit & arborum & vitium. Vnde paulo post dicturus est, Bis vitibus ingravit umbra. Labor actu in orbem. Id est in anni circulum labor se in vicem sequitur rusticorum. Olim. Quandoque. Significat autem finale tempus autumni, generas frondes. Sero cadentes. Tardè enim spoliantur vites frondibus. Frigidus & sylvis aquilo decussit honorem. Varronis hic versus est. Acer. Non quilibet: sed acer & diligens. Curas venientem extendit in annum. Quasi in tempore alieno premeditatur futurum laborem. Et curvo Saturni dente. Id est falce quæ est in eius tutela. Nam Saturnus dicitur patri Cœlo virilia falce amputasse, quæ in mare cadentia Venerem creauerunt: quod ideo singitur, quia nisi humor de cœlo in terras descenderit, nihil creatur. Alij Saturnum deum esse temporum dicunt, quæ sunt falsi, in se recurrunt. Alij vero dicunt Saturnum in progressu nihil nocere, cum retrogradus est, esse pericolosum. Ideoque eum habere falcem in tutela, quod & ipsa protenta nihil valet: retro acta vero, quicquid ei occurrerit fecat. Relictam. Scilicet a se paulo ante defertam. Fingitque putando. Componit. vt, Fingitque premendo.*

E: *Primus humum fodito, primus denecta cremato*

Sarmenta, & vallos primus sub tecla referto.

Postremus merito: bis vitibus ingravit umbra:

Bis segetem densis obducunt sentibus herbe:

Durus vierque labor laudato ingentia rura:

Exiguum colito: necnon etiam aspera rusci

Vimina per sylvam, & ripis fluvialis arundo

Cedunt, incultique exercet cura saliti.

Iam vineta vites: iam falcam arbusta reponunt:

Iam canit extremos effatus vinitor antea,

Solllicitanda tamen tellus: puluisque mouendus:

Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis.

Primus humum fodio. Hoc est ad laborem primum te esse conuenit, ultimum ad fructus legendos. Vinum enim factum de vuis immaturis citro aescit: & hoc loco inest vitium vituperatio, quarum fructus aut immaturi collecti depereunt: aut si earum fuerit expectata maturitas, nihilominus pereunt. Nam dicturus est, Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis. Et vallos

primus sub tecta refecto. Vicium sustentacula, quæ in nonnullis locis, in tecta portantur, no imbris depereant cito. Metito. Vendemato. Et per hoc dicit maturam vuam debere colligi. Ba vitis ingruit umbra. Vitis & arboris, ut dempta folia solem admittant, quo possint vuæ maturescere. Bi segetem densi obducunt senibus herbe. Semel autumnali, semel vernali tempore. Durus uerque labor. Et vellendarum herbarum & frondium secandarum. Laudato ingentia rura. Exiguum colito. Hoc etiam Cato ait in libris ad filium de agricultura: quod ideo dictum est, vel quia maiores, agros incultos rura dicebant, id est sylvas, & pascua: agrum verò, qui colebatur: ut intelligamus, Laudato ingentes sylvas, colito agrum minorem. vel, quod melius est, quia ait in primo, Alternis idem tonas cessare nouales, Et segnem patiere situ durecere campum: quod fieri non potest nisi fuerint spatia maiora terrarum. nam & Cato, ut diximus, & Cicero in Oeconomicis ob hoc laudant prædia latifundia, vel quod, ut dicit Donatus, etiam non culta præstant aliquid domino. Russi. Russum virgultum est unde vites ligantur. Et commemorat labores qui licet circa alia, tamen pro virtibus excentur. In cultique exercerter. Quasi cu[m] indignatione ait, Caussa virtutum, curæ nos etiam sponte nascentium rerum fatigat. Falem a. r. Paratæ sunt, nec falcam requirunt. Iam cantat extrelos e. u. a. Melius est effoetus legere, quam effos: ut quidam legūt. Et ames alij extrelos vinearum ordines accipiunt: alij macerias quibus vineta clauduntur: quæ macerias sunt de assis, id est siccis lapidibus, unde affæ tibia dicuntur, quibus canitur sine chori voce. Dicuntur autem antæ à lapidibus eminentiæ, vel columæ vltimæ, quibus fabrica sustinetur. & appellantur antæ s. n. n. : ad quam etymologiam erian extrelos ordines vinearum possumus trahere qui ante stant. Hoc autem dicit, Iam cantat rusticus labore finito: tamen deesse non potest quod exercere circa culturam vitium déoeat. vulnusque mouendus. Genus ipsum culturae pulueratio vocatur, quo immunita glebae virtibus applicantur. Maturu[m] metuendus Iuppiter vnu Aér, more suo, cuius varietas plerunque laborem decipit rusticorum. Et tacite videtur admonere, quod in primo aperte dixit sacrificiis tempestates esse pellendas.

Contra, non villa est oleis cultura, neque illa
Procuruam expectant falcam, rastrosque tenaces,
Cum semel hæserunt aruis, aurásque tulerunt.
Ipsa satis tellus, cum dente recluditur unco,
Sufficit humorem, & grauidas cum vomere fruges.
Hoc pinguem, & placitam paci nutritior olimam.
Poma quoque, ut primum truncos sensere valentes,
Et vires habuere suas, ad sydera rapim
Vi propria nituntur, opisque haud indiga nostra.
Nec minus interea fætu nemus omne graueficit.
Sanguineisque inculta rubent auaria baccis.

Non villa. Id est nulla, alij Non villa legunt, id est aliqua: non ut in virtibus nimia. Procuruam expectant falcam. Ut putentur: quod tamen ad curam refertur annueriarum. nam necesse est, E licet tarde, oliuam putari. Rastrosque tenaces. Ad fodiendum scilicet. Quia cum trahitur rastrum per agros, omnem spurciam sècum colligere videtur. Negligentiam autem ferunt oleæ quibus iam creperunt esse valentiores: nam adhuc paruæ nimiam curam requirunt. Aurásque tulerunt. Ferre auras propriæ est assuefcere aeris varietati, quæ obest rebus teneris nimium. Ipsa satu tellus. Hoc dicit, Aratum oliuetum & oleis prodest, & exinde frumento gignuntur. Sufficit humorem. Scilicet subministrat arboribus. Grauidas cum vomere fruges. Cum abundat: nam hoc dicit, Subministra fruges vomere, id est per vomerem. Eanius, effudit voces proprio cum pectore sancto, id est statim post arationem. Hoc. Hæ re. Nutritior autem pro nutri, nam pro actiui imperatiuo præsenti, passiuum futurum posuit. Et vires habuere suas. Quia F tenera virgulta solent religari fustibus validioribus, sicut sùpræ ait de virtibus eniti quarum & contemnere ventos. Fætu nemus omne graueficit. Fætu: id est virilitate: nam omnis virilitas fœtus est. illuc autem tendit laus ista syluarum, ut & probet non mirum esse si & poma & oliuæ sine villa cultura præbeantur, & crescat vitium vituperatio circa quas tantus impenditur labor. Auaria. Secreta nemorum, quæ aues frequentant. Baccas autem sanguineas, accipiunt poma sylvestria. Tendentur

Tendentur cythisi, tadas sylua alta ministrat:
 Pascunturque ignes nocturni, & lunaria fundunt.
 Et dubitant homines serere, atque impendere curas?
 Quid maiora sequar? salices, humilesque genitae,
 Aut ille pecori frondem, aut pastoribus umbram
 Sufficiunt, sepemque satis, & pabula mellis.
 Et iuvat vndantem buxo spectare Cytorum,
 Maricæque picis lucos, iuvat arua videre
 Non rastris hominum, non ulli obnoxia curæ.

B Tendentur cythisi. Virgulta à Cytho insula, ubi abundant nominata. *Am ille.* Id est salices aut genitæ. Multi tamen & tiliæ legunt, ut tria dixerit, Salices, tiliæ, & genitæ. *Vndantem buxo* spectare cytorum. Montem Macedoniam, in quo abundat buxus: quæ vento mota, æstus imitatur vndarum. *Maricæque picis.* A loco in quo abundant pices. *Non ulli obnoxia curæ.* Non debiticia, nihil labori noltro debentia.

C Ipse Caucaso steriles in vertice sylua,
 Quas animosi Euri assiduè franguntque, feruntque,
 Dant alios alia fructus: dant vtile lignum
 Nauigis pinos, domibus cedrosque, cupressosque:
 Hinc radios trinere rotis, hinc tympana plaustris
 Agricola, & pandas ratibus posuere carinas.
 Viminibus salices fecunde, frondibus ulmi.
 At myrtus validis hastilibus, & bona bello
 Cornus: Ityreos taxi curvantur in arcus.
 Nec tiliæ leues, aut torno rasile buxum,
 Non formam accipiunt, ferroque cauantur acuto:
 Necnon & torrentem vndam leuis innatæ almus
 Missa Pado, necnon & apes examina condunt,
 Corticib[us]que cauis, vitoque ilicis aluso.
 Quid memorandum æque Baccheia dona tulerunt?
 Bacchus & ad culpam caussas dedit: ille furentes
 Centauros letho domuit, Rhætumque Photumque,
 Et magno Hylæum Lapithis craterem minantem.

D Ipse Caucaso. Caucasus mons est Scythia, positus hic pro quibuslibet asperimis montibus. Steriles autem ait sylvas comparatione pomiferarum arborum. *Hinc.* De sylvis scilicet: nam de cupresso efficit rotas nullus aut radios. *Trinere.* Tornauere, composuere de torno. *Tympana.* Tæcta vehicularum. *Pandas.* Curvas. *Viminibus salices fecunde.* Legitur & *Fecunda* frondibus ulmi. *At myrtus validis hastilibus.* Alibi, Et pastoralem præfixa cuspidem myrtum. *Et bona bello Cornus.* Apta est enim etiam cornus hastilibus. *Ityreos taxi curvantur in arcus.* Ityreos, hoc est in arcuum Ityreorum similitudinem. *Ityreos aenei dicit Parthicos.* Nec tiliæ leues aut torno rasile buxum. Ordo est, Nec non tiliæ leues aut rasile buxum, torno formam accipiunt. Nec non dicit, hoc est etiam. *Missa Pado;* pro in Padum. Species est pro genere. *Vitoque ilicis aluso.* Cariolæ. Vult autem probare etiam putres arbores habere aliquam utilitatem. Sane pro alueo per Synærisim aluo diximus. *Quid memorandum æque.* Quid similiter laudandum. *Tulerunt.* Dona Liberi: sicut sylæ multa sponte procreantes. Alij *Et* que legunt, ut sit sensus, Quid dicendum est quæ tulerunt, id est attulerunt, ipsa etiam dona Baccheia, ut hoc dicat, Parum est quod vites tantum laborem requirunt, etiam munere eorum caussas præstant furoris. *Ille furentes Centauros.* Atqui in Aeneide ait, Mars perdere gentem Immanem Lapithum valuit. Sed hoc soluit Horatius dicens, *Nec se Mars melius cum Marte confundet Thyonem.* Nam re vera licet irarum caussas Mars habuerit, Lapithæ tamen & Centauri in furorem sunt ebrietate compulsi. Deinde hoc loco Centauros ait in furorem actos a Libero, non Lapithas. *Magno Hylæum Lapithis crasere minantem.* Bonum schema, ita enim pinguntur, quasi poculis bella tractantes.

O fortunatos nimium, sua si bona norint
 Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis
 Fundit humo facilem victum iustissima tellus,
 Si non ingentem foribus domus alta superbis
 Mane salutantum totis vomit edibus undam.
 Nec varios inhiant pulchra testudine postes:
 Illusisque auro vestes, Ephyreaque aera:
 Alba, nec Assyrio fucatur lana veneno:
 Nec casta liquidi corrumpitur usus oltui.
 At secura quies, & nescia fallere vita,
 Dives opum variarum, at lati otia fundis.
 Spelunce, viuque lacus, ac frigida Tempe,
 Mugitusque boum, mollesque sub arbore somni.
 Non absunt illis saltas, ac lustra ferarum:
 Et patiens operum, parvoque affeta iuuentus.
 Sacra deum, sanctique patres, extrema per illos
 Iustitia excedens terris vestigia fecit.

O Fortunatos nimium, sua si bona norint Agricolas. Non est abruptus transitus ad laudem viae rustice: nam ad superiora pertinet, post vituperationem quippe vini, ista quasi consolatio est: per quam ostenditur quantas voluptates rusticis, natura præstiterit. Quod autem Fortunatos nimium ait, non ad fortunam, sed ad fortunæ pertinet quantum: nam hoc dicit, Quantum in re est, maximas eis natura præstitat voluptates: quas si nescirent, essent non fortunati sicut nunc sunt, sed nimium fortunati. Procul discordibus armis. Longe a ciuitatibus, plenis iurgio & rapinis. Iustissima tellus. Proprie. nam si iusta est qui quod accepit reddit, terra virtute iustissima est, quæ maiore sonore semina accepta restituit. Si non ingentem foribus domus alta superbis. Ut etiam in laudem fecit Italiam, non solum vitam laudat rusticam sed etiam contrariam, id est, urbana, vituperat. Nam ista quæ de urbibus dicit, opinabilia sunt bona: non vera, sicut rustica. Multum enim interest inter verum & opinatum malum, seu bonum, Vnde Iuuenalis, Pauci dignoscere possunt Vera bona. Inhiant. Habere desiderant. Et dicimus in hio illam rem. Pulchra testudine. Id est Indica: unde postes ornabantur vel lectuli. Lucanus, Foribus testudinis Indi Terga sedent fulvo macula distincta smaragdo. Illusisque auro vestes. In quibus artifex ludens, auro aliqua depinxerat. Male autem quidam inclinas legunt, Ephyreaque aera. Corinthia, qua laudat etiam Cicero. Nam Ephyrus est Corinthus. Alba, nec Assyrio fucatur lana veneno. Assyrii, populi sunt adiacentes Syria, apud quos primum usus iuuentus est purpuræ. Veneno. Colore. Nec casta liquidi corrumpitur usus oltui. Casta est hebea, de qua fit vnguentum. Mire autem ait Vetus oltui corrumpitur, nam oleum generalem usum habet, quod cum in vnguentum fuerit corruptum, vni rei tantum esse aptum incipit. Et nescia fallere vita. Aut quia innocentes sunt, aut quoniam immobilis est status vitae eorum. Urbani enim fortuna, aut insidiis, aut proscriptione variatur. Latu otia fundis. Fundus dicitur ab eo quod sit rerum omnium fundamentum. Spelunce viuque lacus. Id est bona naturalia, non sicut in urbibus labore equisita, Vnde Iuuenalis, Et speluncas dissimiles voris. Frigida Tempe. Tempe propriæ sunt loca amena Thesalizæ. Abusue cuiusvis loci amoenitas. Mollesque sub arbore somni. usus oltui. Et Hispani viva. Illic saltus. Venationes quæ penitus in urbibus non sunt. Lustra ferarum. Bene ferarum addidit, quoniam sunt in urbibus lustra meretricum. Parvoque aspera. Id est non ut urbana, quæ est legnis & prodiga. Sacra deum, sanctique patres. Duo dicit, Sacra deorum sancta apud illos sunt, sancti etiam parentes. Extrema per illos. Iustitia excedens terris vestigia fecit. Hoc Aratus dicit, Iustitiam primo & in urbibus, postea in agris tantum fuisse: ubi eam inducit loquentem cur abscedat e terris.

Me vero primum dulces ante omnia Musæ,
 Quarum sacra fero ingenti percussus amores,
 Accipiunt, calique vires, & sidera monstrant,
 Desclus solis varios, luna que labores:

Vnde

Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumescant
 Obicibus ruptis: rursusque in se ipsa residunt:
 Quid tantum Oceano properent se tinguere soles
 Hyberni, vel qua tardis mora noctibus obfet.
 Sin has ne passim naturae accedere partes,
 Frigidus obfiterit circum praecordia sanguis,
 Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes.
 Flumina amem, sylvasque inglorius, o ubi campi
 Sperchiusque, & virginibus bacchata Lacenis
 Taygeta: o qui me gelidis in vallibus Hami
 Sifat, & ingenti ramorum protegat umbra.

B

Me vero. Diu quæstum est utrum philosophia, an rusticitas esset vita felicior, vnde nunc dicit primam esse philosophiam: post ipsam rusticam vitam. Suam autem personam pro quounque ponit, sic paulo post, Rura mihi placeant: pro cibilibet. Sic in primo, Non illa quisquam me nocte per altum ire iuvat. In tertio, Nemihī tunc molles sub diuo carpere somnos. Et hoc est quod dicit Horatius in arte poetica, *Hoc amet, hoc spernat promissi carminis author.* Quarum sacra fero. Poeta enim quasi musarum sacerdos est. Cælique vias. Aut artes: vt, Inueni germana viam. Aut certe circulos quibus tydera continentur. *Defectus solu variae.* Atqui uno modo

tantum sol deficere nobis videtur, tunc scilicet cum luna plena e regione eius obfiterit radiis & eos nobis fecerit non videri. Vnde varios accipimus defectus, non quia varia ratione contingant (nam ratio una est, ut diximus) sed quia vel variis temporibus sunt, vel varie: interdum enim duobus, interdum quatuor, interdum pluribus deficit digitis. *Lunaque labores.* Vel errores quia non recta incedit: vel defectus, qui contingunt Luna, quotiens terræ altitudo interueniens radiis solis, eam illuminari non patitur, à quibus dicitur lumen accipere. *Vnde tremor terra.* Variae sunt opiniones. Alij dicunt ventum esse in concavis terra, qui motus etiam terram mouet. Sallustius. *Veni per causam terra citavi,* Lucanus. *Quærentem erumpere ventum credidit.* Alij aquam dicunt generalem sub terris moueri, & similes casas concutere, sicut vas aquæ: ut dicit Lucretius. Alij *eruptam* terram volunt, cuius plerunque Latentes ruinæ, supposita cuncta concutunt. *Qua vi maria alta tumescant Obicibus ruptis.* Alij sic accipiunt, quod ruptis obicibus, id est Calpe & Atlante montibus Hispaniæ & Mauritanici, Oceanus eruperit, & ista fecerit maria, quod non procedit. Si enim hoc esset, non diceret tumescant, sed tumuerunt, quā eruperunt. *Oceani maria,* vnde æstuaria Oceani accipimus, qui per Gallias & Hispanias in infinitū erumpit contempta lege riparum, ad quas rursus recurrat. Cuius rei opiniones Lucanus in primo commenarat, *Tentus ab extremo pelagus sic axe volvet,* *Destitutaque ferens an sydere mota secunda Tethyos, vnda vagi lunaris estuas horis:* *Flammiger an Tisan ut atenes hauriat, vidas: Erigit Oceanum, fluviusque ad sydera tollat.* Quid tantum oceanu properent se tinguere soles Hyberni. Circulorum hoc efficit ratio, ut etiam in Aeneide diximus. *Tardis mora noctibus.* Tarde venientibus, id est æstiuis. *Sin has ne possim naturae accedere partes.* Physicæ philosophia, vnde sunt illa quæ dixit.

E *Frigidus obfiterit circum praecordia sanguis.* Secundum physicos, qui dicunt stultos homines esse frigidioris sanguinis: prudentes, calidi. Vnde & fenes, in quibus iam friget, & pueri in quibus needum calet, minus sapiunt. *inglorius.* Comparisone philosophia. Sic in Aeneide, Et mutas agitare inglorius artes. Non quod nulla gloria medicinæ est, sed quod minor, quam diuinatatis & augurandi, quæ ei Apollo obtulerat munera. ut, Augurium cytharamque dedit, celeresque sagittas. *Sperchiusque.* Fluuius Thessaliciæ. *Taygeta.* Mons Laconum Libero & Baccho sacratus. *Hami.* Montis Thessaliciæ: in quo etiam sunt Tempe.

F

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas:
At quemetus omnis, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitumque Acherontis auari.
Fortunatus & ille, deos qui nouit agrestes,
Panaque, Syluanumque senem, Nymphasque sorores.
Illum non populi fasces, non purpurare regum
Flexit, & infidos agitans discordia fratres,
Aut coniurato descendens Dacus ab Istro:
Non res Romana, perituraque regna: neque ille

Aut dolui miserans inopem, aut inuidit habenti.

Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura

Sponte tulere sua, capsu, nec ferrea iura,

Insanumque forum, aut populi tabularia videt.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas. Repetitio est superioris coloris: nam hoc dicit, Et rustici felices sunt, & qui tribuunt operam philosophiae. Rerum causas. Id est physicam philosophiam. Inexorabile fatum. Alibi, Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum. Subi. cit pedibus. Calcauit. Fatum. Ex fato venientia. Acherontis avari. Oannem mundum in mortem trahentis. Deos qui non agrestes. Qui abstinet ciuicis malis, & aut rura habitat, aut cum suis numinibus rura descripsit. Nymphasque sorores. Non Panis vel Syluani: sed inter se iores: vt Aeneos fratres: inter se scilicet. Populi fasces. Honores qui a populo praestantur. Proprietate autem locutus est, ut fasces populi, regnum purpuram diceret. Infidos agitans discord a fratribus. Discordiam posuit pro avaritia. Ab eo quod praeedit id quod sequitur. Infidos autem fratres ideo ait quod avaritia causa dissidenti. Aut coniurato descendens Dacus ab Istro. Id est non eum folicitat coniuratio Barbarorum. Ister autem, fluuius est Scythiae. Nores Romanas, prius uarique regna. Regna scilicet Barbarorum. Nam duo dicit, Rusticum nec Romanum imperium mouet, id est ad ambitum cogit: nec barbarorum regna peritura. Non enim Romano maledixit imperio, licet hoc alii dictum velint ex generali sententia: quod omnis magnitudo imperii periculis subiacet, vnde etiam Iuuenalis ait, Ad generum Ceres sine cede & sanguine pari. Descendunt reges & secundam morte tyrami. Aut doluit in sevans in opem: aut iniuit habenti. Cicero in Tuiculanorum quinto libro hoc tractat, dicens, in quem cadit una mentis perturbatio, posse in eum omnes cadere: sicut potest omni virtute pollere, cui virtus una contigerit, vnde nunc Virgilius noluit rustico assignare misericordiam, ne ei daret etiam ceteras animi passiones, quas nouimus & a bonis, & a malis rebus venire. A bonis opinatis duas: unam presentis temporis, ut gaudium: & unam futuri, ut spem. A malis similiter duas: unam presentis, ut dolorem: & unam futuri, ut metum, quas passiones esse animi non dubium est, vnde & ipsis ait in sexto. Hinc metunt cupiuntque, dolent, gaudentque. Sallustius etiam in Catilinae bello ait, Omnes homines qui de rebus dubiis consultant ab olio, amicitia, ira, atque misericordia vaevos esse decet, nam animus haud facile verum prouidet ubi illa officiantur. Ergo aut secundum Ciceronis tractatum hoc dixit: aut quod abiolutius est, intelligamus ideo rusticum paupertatem, non dolere, quod eam malum esse non credit, sed manus deorum. Lucanus de paupertate, Et manera nondum collecta deum. Est & aliud quod possimus accipere, ideo rusticum nec bonis nec malis alienis moueri, quia eius non intereat, quippe qui ab urbibus est remorus. Ferrea iura, Dura, inexorabilia, immutabilia. Insanumque forum. Litigium. Populi tabularia. Vbi actus publici continentur. Significat autem templum Saturni, in quo & ararium fuerat, & vbi reponerantur acti que fulcebat, liberis faciebant parentes. Iuuenalis, Tolls enim, & titulis actorum aspergere gaudes. Argumenta viri.

Sollitant alijs remis fretas & caca: ruuntque

In ferrum: penetrant aulas, & limina regum.

Hic petit excidijs urbem, miserosque penates:

Vt gemmabibat, & Sarrano dormiat ostro.

Condit opes altius, defossoque incubat auro.

Hic stupet attoritus rostris: hunc plausus biantem

Per cuneos (geminatus enim) plebisque patrumque:

Corripuit: gaudent perfusi sanguine fratribus:

Exilioque domos, & dulcia limina mutant:

Atque alio patriam querunt sub sole iacentem.

Caca fresa. Subito in tempestate surgentia. Penetram aulas & limina regum. Proficitur satellitum. Limina autem ait interior familaritatem. sic Turnus, Stirpem admiseri Phrygiam, se limine pelli. Pult excidijs urbem. Incertum alienam, an suam. Gemmabibat. Geminus poculo non geminato. Sarrano dormiat ostro. Tyria purpura, quae enim nunc Tyros dicitur, olim Sarra vocabatur, a pisce quodam, qui illuc abundat: quem lingua sua sat appellant. Iuuenalis, Aut picte sarrana ferentem. Ex humeris aulea togae. Hic stupet attoritus rostris. Scilicet ut concionetur. Per cuneos (geminatus enim) plebisque patrumque Corripuit. Ordo

A Ordo est, Cotripiuit enim hunc geminatus per cuneos plausus & plebis & patrum. Exilioque domo. Voluntario scilicet propter avaritiam, Alio sub sole, Sub alio climate.

*Agricola incurvo terram dimonit aratro:
Hinc anni labor: hinc patriam, paruosque nepotes
Sustinet: hinc armamenta boum, meritosque iuuenios.
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,
Aut fastu pecorum, aut cerealis mergite culmi:
Pronuentique oneret sulcos, atque horrea vincat.
Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis.
Glande sues leti redeunt, dant arbuta sylva,
Et varios ponit fastus autumnus: & alte
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.*

B

Hinc anni labor. Ex agricultura habet totius anni substantiam. Hinc parriam. Donatus villam intelligit, non reuera pat iam. Me iusque iuuenios. Sui confortes laboris. Nec requies. Id est nunquam potest rusticus omni parte defici. Cerealiu mergite culmi. Manipulos spicarum mergites dicimus. Sicyonia bacca trapetis. Oliva, à ciuitate Laconia Sicyone, ubi abundante olea. Trapetus autem, molis olivaribus. Et declinatur trapetum sicut templum. Terentianus, Quos super insidens trapetos signa gyris temperat. Quod metrum aptum est oliuam terentibus. Arbuta. Poma tyluestris.

D

*Interea pendent dulces circum oscula nati,
Casta pudicitiam seruat domus: ubera vacca
Lactea demittunt, pinguisque in gramineato,
Inter se aduersis luctantur cornibus hodi.
Ipse dies agitat festos fuisseque per herbam,
Ignis ubi in medio: & soci cratera coronant:
Te libans Lenae vocat: pecorisque magistris
Velocias iaculi certamina ponit in ulmo.
Corporaque agresti nudant prædura palestra.*

E

Dulces circum oscula nati. Contra illud, Exilioque domos & dulcia limina mutant. Casta pudicitiam seruat domus. Non ut in vrbibus impudica. Ipse dies agitat. Suspendendum. & sic inferendum festos. nam hoc dicit, omnes dies sic habet ut festos putes. Alij dicunt, festos dies cum religione concelebrant. Agresti palestra. Rustica luctatione. Palestra autem dicta est vel loc' rie rurane, id est à luctatione: vel loc' rurane, hoc est à motu vrne, nam ducti sorte luctantur.

F

*Hanc olim veteres vitam coluere Sabini:
Hanc Remus: & frater: sic fortis Hetruria crevit
Scilicet, & rerum facta est pulcherrima Roma,
Septemque una sibi muro circundedit arcus.
Ante etiam sceptrum Dictai regis: & ante
Impia quam casis gens est epulata iuuenios:
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
Nec dum etiam audierant inflari classica: nec dum
Impositos duris crepitare incudibus enses.
Sed nos immensum spatiis confecimus æquor.
Et iam tempus equum fumantia soluere colla.*

Sic fortis Hetruria crevit. Secundum historiam, nam constat, Tuscos usque ad fretum Siculum omnia possedit. Aucte etiam sceptrum Dictai regis. Antequam regnaret Iuppiter, qui

est in Dictæ monte Cretensi nutritus. *Impia quam cœsis gens est epulata iuuenientia.* Arati est hoc, qui dicit quod maiores bouem comedere netas putabant. Nec dum impostos duris. Inuenialis, Neficeram primi gladios excudere fabri. Et iam tempus equum sumantia solvere colla. Allegoricae hoc dicit, Debemus fatigato ingenio parcere, & facere finem carmini. Sane non est comparatio, sed translatio: sicut & in primi fine diximus. Et plerique volunt ideo eum dixisse hoc loco carmini Georgico finem se esse facturum, quod duo sequentes libri, pastorales sunt, non Georgici, ut etiam in prima huius carminis parte memorauimus.



P. VIRGILII MARONIS GEORGICON LIBER III.

E quoque magna Pales, & te memorande canemus.
Pastor ab Amphryso, vos sylva, amnesque Lycae,
Catera, que vacuas tenuissent carmina mentes:
Omnia iam vulgata, quis aut Eurystea durum?
Aut illaudati nescit Bulyridis aras?
Cui non dietus Hylas puer, & Latonia Delos?
Hippodameque humeroq. Pelops insignis eburno
Acer equis? tentanda via est: qua me quoque possim.
Tollere humo, victorque virum volitare per ora:

TE quoque magna Pales. Inuocat deam pabuli, dicturus de animalibus: sicut de frumentis dicturus & vitibus, Cererem inuocavit & Liberum. Sane non est mirandum esse vsum eum proœmio, sicut est vsum in primo, nam aliud quodammodo inchoatus est carmen, pastorale scilicet, completum Georgicum. deinde etiam vnum sit, scimus concessum esse scribentibus, ut iteratione proœmij legentium interdum reficiant laborem. Nam & Livius frequenter innuat principia. Vt, *In cena à Gallis urba.* vt, *Complexis consilibus.* Et Cicero, in Verrinis qui in frumentaria conciliauit auditorum animos, iteratione principii. vt, *Omnes qui alterum indicant.* Pastor autem vt diximus, dea est pabuli: quam alii Vestam, alii matrem deum vocant. hanc Virgilius genere foemino appellat. Alii, inter quos Vatro, masculino genere, vt, *hic Pales.* Huic saera soluntur xi. Kalendas Mias die, quæ Palilia vocantur. Pastor ab Amphryso. Amphrylus flavius Thessaliz, apud quem Apollo spoliatus diuinitate, ob occulos Cyclops, Admeto regi paucis armenta dicitur, vnde eum nunc inuocat, qui Nomus vocatur, vel *omn' r' r' r' id est à pascuis: vel om' m' s' s' s' id est à lege chordarum.* *Sylva Amnesque Lycae.* *nec' i' zoxlo'* montem Arcadicam possit vel quia pecorosa, vel quia Pan illuc est rusticum numen. Catera que vacuast-
nissent carmina mentes. Hoc est, fabula quæ delectationi esse poterant, & occupare mentes curis foliatas, iam descriptæ a multis in omnium ore versantur. *Quis aut Eurystea durum?* Eurystheus rex fuit Græciae, Persei genus, qui Iunonis instinctu imperabat Herculi ut varia monstra superaret, quibus posset perire, vnde eum durum appellauit, qui potuit ad complendum odium nouercate sufficere. *Aus illaudati n'sc' Bulyridis aras?* Bulyris rex fuit Ægypti: qui cum suscepimus hospites immolarebat, ab Hercule interemptus est, quum etiam eum voluisse occidere. huius laudes scripsi Isocrates: vnde illaudati participium est pro nomine: vt sit illaudabilis, non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruit: vt est illud in septimo Aeneidos, Dives inaccessos ubi solis filia lucos. Pro inaccessibilis: non ad quos nullus accessit, sed ad quos nullus accedere

Accedere debeat. *Cui non dictus Hylas puer.* Id est à quo Horatius, *Scriberis Vario fortū & hominum.* Pro à Vario. Hylas autem socius Herculis fuit, qui aquatum profectus, raptus est à Nymphis in Myria. *Latona Delos.* In qua Latona enixa est Apollinem & Dianam, quam insulam ante vagam Apollo, ut in tertio legimus, Mycone celsa Gyaroque reuinxit: ubi fabulam plenius diximus, stabilem fecit. *Hippodamique.* Græca qua in excent, plerunque ipsum in soluunt: ut, Hippodame Hippodamia: Penelope Penelopis. Fabula talis est, Hippodame filia fuit Oenomai regis Elidis & Pilarum: hic equos habuit velocissimos, utpote ventorum fiat creatos, qui procos filiæ multos necavit: sub hac conditione prouocatos ad currule certamen, ut aut victus traderet filiam, aut victor necaret. Postea cum Pelopem amasset Hippodamia, corrupti Mytilium aurigam patris, primi coitus pactio: qui factis æreis axibus quum victore Peleope a puella promissum posceret præmium, ab eius marito præcipitatus in mare est, cui nomen imposuit, nam ab eo Myrteum dicitur pelagus. *Humeroque Pelops insigni eburno.* Tantalus pater Pelopis, volens deorum tentare diuinitatem, in uitatis eis filium suum epulandum apposuit: à quo omnes dij abstinuerunt, excepta Cerere, quæ brachium eius consumpsit. Postea punito Tantalo cum dij voluissent eius filium reuocare ab inferis, Ceres ei eburneum brachium restituit. Quod ideo singitur, quia Ceres ipsa est terra, quæ corpora vniuersa consumit, ossa tantum referuans. *Acer equus.* Victor etiam Oenomai. *Via.* Ratio ineunda. *Me quoque possum.* Sicut se alij sustulerunt carminis merito. *Victor.* Effectus propositi: Sie paulo post, Illi victor ego.

C

*Primus ego in patriam mecum (modo vita supersit.)
Aonio rediens deducam vertice musas:
Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas:
Et viridi in campo templum de marmore ponam,
Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus erras
Mincius, & tenera pratexit arundine ripas.*

D *Primus ego in patriam.* Ideo primus quod ante illam nullus Mantuanus poeta fuit, aut quia nullus exinde talis emerit. *Modo.* Tantummodo. *Aonio vertice.* Boeotio. Eliconia ipsa est Boeotia, in qua est Elicon mons Musis dicatus. *Idumæas palmas.* Abundantes, quantæ sunt apud Idumen ciuitatem Phœnicis. Lucanus, *Es arbusto palmarum diues Edume.*

E

*In medio mihi Cæsar erit, templumque tenebit.
Illi victor ego, & Tyrio conspectus in ostro,
Centum quadriugos agitabo ad flumina currus.
Cunctam hinc Alphæum linquens, lucosque Molochi,
Cursibus, & crudo decernet Gracia casta.
Ipse caput tonsæ foliis ornatus olive
Dona feram: iam nunc solennes ducere pompas
Ad delubra iuuat, cesisque videre iuuencos:
Vel scena ut versis discedat frontibus: utque
Purpurea intexti tollant aulae Britanni.*

F

In medio mihi Cæsar erit, templumque tenebit: Id est ipsi templum dabo. Et verbo usus est pontifici. Nam qui templum dicabat postem tenens, dare se dicebat numini, quod ab alio neesse fuerat iam teneri, & ab humano iure discedere. *Quod autem dicit, In medio mihi,* eius templum fore significat, nam semper ei sacratus numini locus est, cuius simulachrum in medio collocatur: alia enim ad ornatum tantum pertinent. *Tyrio conspectus in ostro.* In habitu pontificis: cuius te officium dicit in templi consecratione sumpturum. *Centum quadriugos agitabo ad flumina.* Id est viuis diei exhibeo Circenses: quia ut Varro dicit in libris de gente populi Romani, olim xxv. missus siebant, sed vigesimus quintus dicebatur ærarius, eo quod de collatione populi exhibebatur, qui desit esse, postquam conferenda pecunia est consuetudo sublata: unde hodieque permanit, ut ultimus missus, appelletur ærarius. Ergo centum currus secundum antiquitatem dixit, sicut etiam ad flumina. Olim enim in littore fluminis Circenses agitabantur: in altero latere positis gladiis, ut ab utraque parte esset ignauæ præsens periculum. Vnde & Circenses dicti sunt, quia exhibebantur in circuitu ensibus positis: licet alii à

circumeundo dicant Circenses vocari. *Cuncta mihi. In honorem meum.* Et hoc dicit, Ex aliis agonibus ad me certatura Græcorum multitudo conueniet. Per Alpheum autem, Iouis Olympiū signum significat. Nam Alpheus fluvius est Elidis, quæ ciuitas iuxta Pisam est, in qua colitur Olympicus Iuppiter. *Lucosque Molorchi.* Id est sylva Nemæam, in qua celebratur Agon in honorem Archemori. Molorches autem pastor fuit qui Herculem venientem ad occidendum Nemæum leonem suscepit hospitio. *Crudo cœstu.* Duro, vt, Seu crudo fidit pugnam committere cœstu. *Tonse oline.* Minutis foliis compositæ, vt, Tonisque ferunt mantilia villis. Habitum se autem coronam tonsilem dicit. *Vel scena ut versis.* Apud maiores, theatri gradus tantum fuerunt. Nam scena de lignis tantum ad tempus siebat, vnde hodieque permanit confuetudo, ut componantur pægnata à ludorum theatralium editoribus. Scena autem quæ siebat, aut versilis erat aut ductilis. Versilis tunc erat, cum subito tota machinis quibusdam conuertebar, & aliam picturæ faciem ostendebat. Ductilis tunc cum tractis tabulatis hac atque illac species picturæ nudabatur interior. Vnde perite vtrunque tetigit, dicens, *Versis discedat frontibus*: singula singulis complectens sermonibus. Quod Varro, & Suetonius commemorant. *Purpurei intexti tollant aulæ Britanni.* Hoc secundum historiam est locutus. Nam Augustus postquam vicit Britanniam, plurimos de captiis quos abduxerat, donauit ad officia theatralia: dedit etiam aulæ, id est velamina in quibus depinxerat victorias suas, & quemadmodum Britanni ab eo donati, eadem vela portarent: quæ re vera portare consueuerant, quam rem mira expressit ambiguitate, dicens *intexti tollant*. Nam in vélis ipsi erant picti qui eadem vela portabant. Aulæ autem dicta sunt ab aula Attali, in qua primum inuenta sunt vela ingentia, postquam is populum Romanum scripsit hæredem.

*In foribus pugnam ex auro, solidoque elephanto
Gangaridum faciam, victorisque arma Quirini.
Atque hic undantem bello, magnumque fluentem
Nilum, ac nauali surgentes ære columnas.
Addam urbes Asia domitas, pulsusque Niphatem,
Fidentemque fuga Parthum, versisque sagittis,
Et duo rapta manu diverso ex hoste trophya,
Bisque triumphantas viroque ab littore gentes.*

Solido elephanto. Ebore integro non sectili. *Gangaridum.* Gangaridae populi sunt inter Indos & Assyrios, habitantes circa Gangem fluvium, vnde etiam Gangaridae dicti sunt. Hos deuicit Augustus, vnde est, Imbellem auertis Romanis arcibus Indum Gangaridum vero pro Gangaridum posuit, quia hic Gangarida facit. Quod autem ait, *victorisque arma Quirini.* Non est contrarium, nam vt etiam in primo Æneidos diximus, Suetonius Tranquillus hoc de Augusto commemorat, *Quodam tempore tres partes populi consentiente s' natus obtulisse ei tria nomina: Quirini, Augusti, Cæsare: ille ne unum eligendo, alias offendetur pars, primo Quirinus est dictus: inde Cæsar: post in nomine permanit Augusti.* Vnde eum Virgilius omnibus ipsis appellat nominibus. Nam Quirinum, Romulum accipere non possumus, quia Gangaridas penitus ignorauit. *Undantem b. llo.* Quasi non vidas, sed bella portantem: propter Antonij & Cleopatræ gravissimum prælum. *Magnanque fluentem.* Magne, vt, Toruumque repente Clamat. *Ac nauali E* surgentes ære columnas. Augustus vîctor totius Ægypti quam Cæsar pro parte superauerat, multa de nauali certamine iustulit rostra, quibus combatis quatuor effecit columnas, quæ postea à Domitiano in Capitolio sunt locatae: quas hodieque cōspicimus. vnde ait, Nauali surgentes ære columnas. Non rostratas Iulius Cæsar posuit, vicitis Poenis nauali certamine: è quibus vnam in rostris, alteram ante circum videmus à parte ianuarum. *Niphatem.* Niphates & flutius est & mons: vt, Et Cimini cum monte lacum. Per Niphatum autem, populos iuxta habitantes accipimus. Nam nec fluvius, nec mons vñquam potest pelli. *Fidentemque fuga Parthum.* Tunc enim melius iaculauntur sagittas. *Rapti trophya.* Raptim & sine labore quæcta. *Diverso autem Ex hoste,* Orientis & Occidentis accipimus. Vnde ait, Vtroque ab littore: Orientis propter Gangaridarum: Occidentis, propter Britannorum triumphum.

*Stabunt & Parc lapides spirantia signa.
Assaraci proles, dimissoque ab Ione gentis
Nomina, Troisque parens, & Troie Cynthius auctor.
Imuidia infelix furitas amnemque seuerum
Cocyti metuet, tortosque Ixionis angues,
Emmanemque rotam, & non exuperabile saxum.*

Stabunt.

- A *Stabuni & Parij lapides spirantia signa.* In templo Cæsaris maiorum statuas eius dicit se esse positurum, quas commendat & a pretioso marmore, & ab arte, dicens. *Spirantia signa.* si alibi, Viuos ducent de marmore vultus. Item, Pariusve lapis circundatur auro. *Affaraci proles, demifusque ab Ioui genitis Nomina.* Ponam, inquit, eorum statuas, qui à Loue vsque ad Affaracum, & ab Affaraco vsque ad Augustum originem ducunt. Affaracus autem avus Anchise, pater Capis fuit. *Troisque parentes.* Troianorum rex, Gahymedis pater, & quo. Troja nominata est. *Troie. Cynthius author.* Vel Apollinem dicit propter muros vel Cynthium regem Troiæ quem in Troicis suis Nero commemorat. *Inuidia infelix.* Quæ inuidentes efficit infelices. Dicit autem se talia scripturam vel facturum, ut magnitudine iui mercantur inuidiam: ipsam tamen inuidiam nihil esse nocitaram timore poenarum. *Annenque severum.* Tristem. *Contra Terentius, Trists severitas inest in vultu, atque in verbis fides.* *Tortosque Ixionis angues.* Quibus religatus ad rotam est, postquam illicitos Iunonis petuit amplexus. *Ei non exuperabile faxum.* Quod contra montem Silius voluit. Et non exuperabile dixit, non quod superari non potest, sed quod exuperare non valet summum montis cacumen.

*Interea Dryadum sylvas, saltusque sequamur
Intactos, tua Mecanas haud mollia iussa.
Te sine nil altum mens inchoat: en age segneis
Rumpe moras: vocat ingenti clamore Citheron,
Taygetique canes, domitrixque Epidaurus equorum,
Et vox assensu nemorum ingeminata remugit.
Mox tamen ardenteis accingar dicere pugnas
Cæsar, & nomen fama tot ferre per annos,
Tithoni prima quo abest ab origine Cæsar.*

- D *Interea Dryadum sylvas.* Donec laudandi Cæsaris tempus adueniat, interim georgica scribo. Intactos autem ait saltus, quod ante ipsum nullus latine carmen georgicum scripsit. *Te sine nil altum mens inchoat:* Ac si diceret, Non meo ingenio, sed tuo fretus imperio, ad hoc carmen accessi. *Vocat ingenti clamore Citheron.* Hortantur nos ad scribendum illi montes, qui animalibus sunt referti. Citheron autem pars est Parnassi. *Taygetique canes.* Id est Lacones: nam Taygeta ciuitas est Laconia. Et hoc ideo quia dicturus est. *Nec tibi cura canum fuerit postrema.* Domitrixque Epidaurus equorum. Epiri ciuitas est equis nobilis. *Vox ingeminata remugit.* Duplicata per Echo. Alibi: Non canimus surdis, respondent omnia sylva. *Mox tamen.* Id est postquam georgica conscripsero. Et ardenteis pugnas legendum est: nam male quidam ardentes Cæsar's accipiunt: ut is communis sit syllaba. *Tithoni prima quo abest ab origine Cæsar.* Id est tua facta tor annis celebantur, quo anni sunt a te usque ad mundi principium. Et modo Tithonum pro sole posuit, id est pro Tithane. Nam Tithonus frater Laomedontis fuit, quem prælantem Aurora dilexit, & rapuit, a quo usque ad Cæsarem non valde multum tempus est.

- E *Seu quis Olympiae miratus premia palma*
Pascit equos, seu quis fortes ad aratra iuuenios,
Corpora præcipue matrum legat: optima torue
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima cervix,
Et crurum tenuis a menso palearia pendet.
Tum longo nullus lateri modus: omnia magna:
Pes etiam: & canuris hirta sub cornibus aures.
Nec mibi dispiceat maculis insignis & albo:
Aut inga detrectans, interdumque aspera cornu.
Ei faciem tauri propior: queaque ardua tota,
Et gradiens ima verrit vestigia cauda.

F *Seu quis Olympiacæ.* Dicturus est de armatis & gregibus. Armenta autem sunt equorum & boum, quod haec animalia apta sunt armis: ut, scutis boum coria, equi pælio. Greges vero capellorum & ouium sunt. ipse paulo post, Haec satis armentis, superat pars altera curæ, Lanigeros agitare greges hirtaque capellas. *Hæc tamen.* Id est armenta & greges. Sciendum quod

plerunque confundit authoritas. *Olympiae miratus præmia palma*. Studiosus curulis certaminis, quod geritur apud Pisæ in honorem Louis Olympici. *Corpora præcipù matrum legat.* Magis matrum, per quod ostenditur etiam patrum corpora esse requirenda. *Torue forma bovis.* Paulò post, & faciem tauri propior, i. tauri similis. *Torue.* Terribilis. *Turpe caput.* Magnum. vt, Turpes pascit sub gurgite phocas. *Plurima ceruix.* Longa. vt, Quum lenx plurima syluis induet in florem. *Crurum tenus.* Vique ad crura. Et modo tenus aduerbum est: nam si esset præpositio, ablativo cohæreret. *Palearia* autem sunt pelles dependentes è gutture. *Et camuris hiria suo cornibus aures.* Id est curuis, vnde & cameræ appellantur. Præcipit autem aures & magnas & hirsutas esse debere. *Nec mihi difficit,* Liptotes figura est, id est valde placeat. vt, Munera nec sperno. *Faciem tauri propior.* Imaginem, similitudinem totam.

Aetas Lucinam, instosque pati Hymeneos
Desinit ante decem, post quatuor incipit annos:
Catera nec fœtura habilis, nec fortis aratri.
Interea superat gregibus dum lata iuuentus,
Solute mares, mitte in *Venerem* pecuaria primus:
Atque aliam ex alia generando suffice prolem.
Optima quoque dies miseris mortalibus aui
Prima fugit: subeunt morbi, tristisque senectus:
Et labor, & dura rapit inclemensia mortis.
Semper erunt, quarum mutari corpora manus.
Semper enim refice: ac, ne post amissa requiras,
Ante veni: & sobolem armento sortire quotannis.

Lucinam instosque pati hymeneos. Hysteron proteron est: Ante enim est Hymenæus, post Lucina consequitur. Item Hysteron proteron est, Desinit ante decem, post quatuor incipit annos. Ante enim incipit, sic desinit. *Catera.* Aetas scilicet qua est vel ante quartum, vel post decimum annum. Et bene ostendit per haec tempora posse quidem armentis sed inutili prouenire fœturam. *Superas gregibus dum lata iuuentus.* Dum suppetit. Et dicit iuuenili ætate eas debere D concubere, quia cito deficiunt, & quia tempora meliora depereunt. *Pecuaria.* Ab eo quod est pecuaria venit: nam pecua, vt ait in Pompeiana Cicero, ab eo quod est pecu venit: vt genua. *Suffice prolem Subministra.* Vnde etiam suffectos consules dicimus. *Miseris mortalibus ei via Prima fugit.* Ista sententia non solum ad animalia pertinet, sed generaliter ad omnia. *Subeunt morbi, tristisque senectus.* naturalem ordinem tenuit, dicens, aduenire morbum, senectutem, mortem. *Inclemensia.* Inexorabilitas & duritia. *Semper enim refice.* Vacat enim. Sane dicit ante subueniendum esse, vt antequam pereant reparentur armenta. *Sobolem armento sortire quotannis.* Substitue, subministra. Et est verbum iudiciorum: nam subsortiri dicuntur iudices, qui occupatorum funguntur officio.

Necnon & pecori est idem delectus equino.
Tu modo, quos in spem statues summittere gentis,
Præcipuum iam inde à teneris impende laborem.
Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit,
Primus & ire viam, & fluios tentare minaces
Audet, & ignoto se se committere ponti:
Nec vanos horret strepitus illi ardua ceruix
Argutumque caput: breuis alius: obesaque terga
Luxuriatque toris animosum pectus: honesti
Spadices glaucique, color deterrimus albis,
Et gilio: tum, siqua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus:
Collectumque premens voluit sub naribus ignem,

Densa

A

*Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo:
At duplex agitur per lumbos spina: cauatque
Tellurem, & solido graniter sonat vngula cornu.*

Est idem dælus equino. Ut habeant matres optimas. In spem s.s.g. Id est quos vis admissarios fieri. Notanda sane exquisita varietas: nam in bobus matres ante descripsit: in equis admissarios ante commemorat. *Altius ingreditur.* Cum exultatione quadam incedit. *Mollia crura reponit.* Ennius de gribus dicit: Perque fabam repunt, & mollia crura reponunt. *Primus & ire viam.* Matris præire vestigia. *Ignoto ponit,* Per quem nunquam transierat. *Argutum.* Breue. *Luxuriatque toris animo sum peclum.* Nodosum & eminens pulpis. *Spadices.* Quos pheniciatos vocant professos myrteos. *Glanci autem sunt felineis oculis,* id est quodam splendore perfusis. *Color deterrimus albi & gilii.* Atqui alibi ait, Qui candore niues anteirent. Sed aliud est candidum esse, id est quadam nitenti luce perfusum: aliud album, quod pallori constat esse vicinum. *Gilius autem melinus est color.* Multi autem ita legunt, *Albis & gilii:* ut non album & gilium: sed albo gilium vituperet, quod falsum est. quod si singuli colores vituperandi sunt, quanto magis mixtus vterque: id est albo gilius. *Tremit aruu.* Figurate, pro artus tremit. *Volut sub naribus ignem.* Flatu indicat magnanimitatem suam. *Duplex spina.* Aut re vera duplex, aut lata. vt, Duplicem gemmis auroque coronam. Item, Et duplice aptantur dentalia dorso.

C

*Talis Amyclai domitus Pollucis habenis
Cyllarus, & quorum Gray meminere poetae,
Martis equi biunges, & magni currus Achillis.
Talis & ipse iubam ceruice effudit equina,
Coniugis aduentu pernix Saturnus, & altum
Pelion hinnitufugiens impleuit acuto.
Hunc quoque, ubi aut morbo grauis, aut iam segnior annis
Deficit: abde domo, nec turpi ignosce senecte.
Frigidus in Venerem senior, frustaque labore
Ingratum trahit: & si quando ad prelia ventum est,
Vt quandam in stipulis magnus sine viribus ignis,
In cassum furit. ergo animos, eumque notabis
Præcipue, hinc alias artes, prolemque parentum,
Et quis cuique dolor victo, que gloria palma.*

Amyclai domitus Pollucis habenis Cyllarus. Atqui Castror equorum domitor fuit: sed fratrem pro fratre posuit poetica licentia. vt, Quas illi Philomela dapes, pro Progne. Item, Reuocato à sanguine Teucri, pro Dardani. Aut certe ideo Pollicem pro Castore posuit, quia ambo licenter, & Polluces & Castores vocantur, nam & ludi & templum & stellæ Castorum vocantur. *Martis equi, diu & rite.* Et magni currus Achillis. Pro equis: hi sunt Balaerchus & Xanthus. *Coniugis aduentu pernix Saturnus.* Dum cum amata Phylira Saturnus coiret, Ops eius vxor aduenit: cuius praesentiam veritus, se in equum conuertit, qualem potuit numen imitari. exinde natus est Chiron dimidia parte homo, dimidia equus. Sane ops cum de uxore Saturni dicimus, o corripitur, vt ops opis. cum vero de Nympha dicimus, opis longa est. vt, Opis ad æthereum pennis auferunt Olympum. Pernis autem ad equum refertur: nam Saturni stella tardissima est. Pelion Montem Thessaliæ, in quo Chiron habitauit. *Hunc quoque.* Licet bonum & tot signis probatum. *Morbo grauis aut iam segnior.* Duo sunt quibus minuuntur corporis vires: senectus, & morbus. vnde mire vtrumque complexus est. *Abde domo.* In domo. nam si adverbialiter vellet loqui, domi diceret. Tale est illud in quarto, Non Lybiæ non ante Tyro. *Nec turpi ignosce senecte.* Cicero in Catone maiore & laudat & vituperat senectutem: vnde dupliciter hunc locum intelligimus: aut, Nec ignosce turpi senectæ: aut, Non turpi senectæ ignosce. id est abde & ignosce senectæ, quæ turpis non est: quia per naturam venit. *Ad prelia venum est.* Aliibi nocturnaque bella. *Animos eumque notabis.* Præcipue ante omnia etatem & magnanimitatem requires. Post cetera. Id est parentes & studium. *Et quis cuique dolor victo: que gloria palma.* Vult probare moueri equos vel amissione, vel acquisitione victoriae. nam eo tendit sequens iste decursus. Vnde est paulo post, Tantus amor laudum, tantæ est Victoria curæ. *Lucanus, Quantum clamore inuagur Eleus sonipes.*

Nonne vides cum precipiti certamine campum
Corripueruntque effusi carcere currus?
Cum p̄es arrecte iuuenum, exultanti que haurit
Corda paucis pulsans: illi instant verbere torto,
Et prondant lora: volat vi feruidus axis.
Iamque humiles, iamque elati sublimē videntur
Aera per vacuum ferri, atque assurgere in auras:
Nec mora, nec requies: at fulue nimbus arena
Tollitur humescunt spumis, flatuque sequentum.
Tantus amor laudum, tanta est victoria cura.

A Effusi carere currus. Virgilius pro carceribus, qui ab arcendo dicti sunt. Nam carcer est custodia noxiiorum. Iuuenum. Aurigarum, vel spectantium. Haurit. Ferit, vt, Latus haurit aper-tum. Verbere torto. Frequenti scilicet iteratione. Feruidus axis. Alibi, Frenaque feruentēque rotas. Nam rotæ quam axis cursu calescunt.

B Primus Erichthonius currus, & quatuor ansus
Iungere equos: rapidisque rotis insistere victor.
Frena Peletrony Laphithæ, gyroisque dedere
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo: & gressus glomerare superbos.
Equus vterque labor: aque iuuenemque magistri
Exquirunt, calidumque animis, & cursibus acrem:
Quanuis sepe fuga versos ille egerit hosteis:
Et patriam Epirum referat, sorteque Mycenæ,
Neptunique ipsa dederat origine gentem.

C Primus Erichthonius. Vulcanus impetrato à Ioue Mineruæ coniugio, illa reluctante, effectum libidinis proiecit in terram: inde natus est puer draconteis pedibus, qui appellatus est Erichthonius, quasi de terra & lite procreatus. Nam ies, est lis, & x̄dō terra. Hic ad tegendam pe-dum fœditatem, iunctis equis vius est curru, quo tegeter sui corporis tu pitudinem. Ravidus, Velox, Victor. Sui propositi effector. Frena Peletroni. Peletronum oppidum est Thessaliæ, ubi prima domundorum equorum repertus est vius. Nam cum quidam Thessalus rex bobus Oestro ex agitatibus satellitibus suis ad eos reuocandos ire iussisset, illique cursu non sufficienter, ascenderunt equos, & eorum velocitate boues secuti, eos stimulis ad tecta reuocarunt. Sed hi visi, aut cum irent velociter, aut cum eorum equi circa flumen Peneon potarent, capitibus inclinatis locum fabulæ dederunt: vt Centauri esse crederentur. qui dicti sunt centauri *τοῦ τε κενταύρου τοῦ τε βεγγού*. Alii dicunt Centaurorum fabulam esse confictam, ad exprimendam humanę vita velocitatem, quia equum constat esse velocissimum. Bene autem Peletroni addidit: quia sunt & alii Laphithæ. Equitem. Equum pro equo, rectorem posuit. Gressus glomerare superbos. Ut cum disciplina incedat. Quanuis sepe fuga versos. Ordo est, Quanuis sit sepe victor, quanuis nobili genere procreatus, tamen à magistris est ætas magnanimitatique requirenda: quæ si non fuerint, illa nihil prosunt. Neptunique ipsa dederat origine gentem. Ab equo Neptuni, qui natus est tridentis percussione.

D His animaduersis instant sub tempus, & omnes
Impendunt curas denso distendere pinguis,
Quem legere ducem, & pecori dixerat maritum:
Florenteque secant herbas: fluiosque ministrant,
Farraque: ne blando nequeant superesse labori,
Invalidique patrum referant, ieiunia nati.
Ipsa autem macie tenuant, armenta volentes:
Atque ubi concubitus primos iam nota voluptas

F Sollicitat.

A Sollicitat, frondesque negant, & fontibus arcant:
 Sape etiam cursu quatium, & sole fasigant,
 Cum grauiter tonsis gemit area frugibus, & cum
 Surgentem ad Zephyrum palea iactantur inanes.
 Hoc faciunt, nimio ne luxu obsiusor usus
 Sit genitali aruo, & sulcos oblitus inertes:
 Sed rapiat sitiens Venerem, interiusque recondat.

B His animaduersis. Moribus & xstate deprehensis. Instant sub tempus, Coeundi scilicet: quo eis cura maior adhibetur. Denso distendere pingui. Non laxo. quod quibusdam potionibus per fraudem agasones facere consueuerunt. vnde ait, Denso pingui: id est viribus pleno. Sane Pingue est generis neutri: & ita in omnibus idoneis inuenitur. Nam nec pinguedo nec pinguetudo latinum est. Pubentesque secant herbas. Adultas maturiores: quibus robur acquiritur. Blando labore. Periphrasis est coitus. Ieiunia. Infirmitatem venientem ex inedia. Iam nota voluptas Sollicitat. Dicendo nota, per transitum tetigit rem ab alijs diligenter expressam. Nam equæ pullæ cum primum coeunt, si macræ sunt: & debilitantur, & debiles creant: post primum autem partum tenues esse debent. Frondesque negant, & fontibus arcant. Contra illud, Florentesque secant herbas, fluuiosque ministrant. Cum grauiter. Hoc est die medio. Hoc autem ad exprimendum diei tempus est positum: non quod equæ xstatim tempore coeant. Nimio ne luxu. Nimio pingui. Et bene rem turpem aperte à Lucretio tractatam vitauit translationibus, quas omnes ab agricultura traxit. Luxu. Propter luxuriem segetum. Genitali aruo. Pro muliebri folliculo, quem scilicet vulnus vocant, vt etiam Plinius docet: nam folliculus ante dicebatur. Sulcos oblitus inertes. Claudit meatus. Et hoc similiter per translationem dixit. nam legimus supra, Et obducto late tenet omnia limo.

C Rursus, cura patrum cadere, & succedere matrum
 Incipit: exactis grauidæ cum mensibus errant.
 Non illas grauibus quisquam iuga ducente plausit,
 Non saltu superare viam sit passus, & acri
 Carpere prata fuga, fluuiosque innare rapaces.
 Saltibus in vacuis pascant, & plena secundum
 Flumina: muscus ubi, & viridissima gramine ripa,
 Speluncæque tegant, & saxeæ procubet umbra.

D Exactis grauidæ cum mensibus errant. Vicinis partu. tunc enim diligentius tractandæ sunt neabigant. Salta superare viam. Quod solet fieri cum pascunt pedibus impeditis. Vacuis, Magnis. Plena flumina. Ne inclinentur ad potum.

E Est lucos Silari circa, illicibusque virentem
 Plurimus alburnum volitans, cui nomen asilo.
 Romanum est, astron Graij vertere vocantes,
 Asper, acerba sonans: quo tota exterrita syluis
 Diffugiunt armenta: furit mugitibus ether
 Concussus, sylueque, & siccæ ripa Tanagri:
 Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
 Inachia Iuno pestem meditata iuuence.
 Hunc quoque (nam medi, & feruoribus acrior instat.)
 Arcebis grauido pecori: armentaque pases
 Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.

F Est lucos Silari circa, illicibusque virentem Plurimus Alburnum volitans. Ordo talis est. Circa lucos Silari fluminis Lucania & Alburnum eius montem, est plurimus volitans: ac si diceret, est multa musca. Volitans autem modo nomen est, non participium. O Estrum Graij vertere vocantes. Vertere ex soni similitudine, Onomatopœiam fecere. Non enim possimus accipere, ex latina lingua mutauere, cum constet Græcam primam fuisse. O Estrum autem Græcum est: Latine asylus, vulgo tabanus vocatur. Cui nomen asilo, vt, Cui Remulo cognomen erat. Sicci

Tanagri. Non multum valentis. Tanager autem fluuius est Lucaniae: & siccii ad tempus aestatis A relatum est. Est enim torrens hyeme. Et hoc dicit, armentorum mugitu cuncta resonare. *Hoc quondam monstro.* Argumentatur ab exemplo, dicens, cestro contra pellicem se defendisse Iunonem. Nota autem est fabula: Io Inachi filiam à Ioue Iunonis aduentu conuersam esse in vaccam, cui Iuno immisit cestrum: quo toto orbe fatigata tandem aliquando venit ad Aegyptum, & illuc in Isim conuersa est. Transit autem per mare angustum, quod Bosphorus appellatum est; nunc Hellespontum nominatur. Pestem meditata iuuence. Vel quam pestem ante excogitauerat: vel meditata, inferens & exercens accipiamus. Horatius, *Horrendaque culis Diluvium meditatur agri,* id est, infert, exercet. Nam & in ipsa meditatione exercitum est. *Hunc quoque.* Id est etiam hoe malum remoue. *Fernoribus acrior inflat.* Tunc est acrior. Et dicendo tempus, ostendit quemadmodum possit euitari. *Granido pecori.* A grauido pecore. Nam areeo à te dicimus. *Sole recens* B *oro.* Statim Salutius, *Coria recens detracta velui gluinæ adolescabant.*

Post partum cura in vitulos traducitur omnis:
Continuoque notas, & nomina gentis inurunt:
Et quos aut pecori malint submittere habendo:
Aut avis seruare sacris: aut scindere terram:
Et campum horrentem fracti inuertere glebis.
Catera pascuntur virides armenta per herbas.
Tu quos ad studium, atque usum formabis agrestem:
Iam vitulos hortare: viamque insiste domandi:
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis etas.

In vitulos. Modo generaliter & de equis & de bobus accipimus. *Notas.* Characteres. Pecori habendo submittere. Admissarios facere. *Et campum horrentem fracti inuertere glebu.* Ecclasis poetica. Sufficerat, enim, Aut scindere terram. Cetera pascuntur. Per hoc intelligimus illa omnia, quæ dixit animalia domi esse feruanda. *Tu quos ad studium.* Locus de bobus domandis. *Viamque insiste domandi.* Institue artem domandi.

Ac primum laxos tenui de vimine circlos
Ceruici subneble: debinc, ubi libera colla
Seruitio affuerint, ipsi è torquibus aptos
Iunge pares: & coge gradum conferre iuuenos.
Atque illis iam saepe rota ducantur inanes
Per terram, & summo vestigia puluere signent.
Post valido nitens sub pondere faginus axis
Instrepat, & iunctos temo trahat æreus orbes.
Interea pubi indomita, non grama tantum,
Nec vescas salicum frondes, vluamque palustrem,
Sed frumenta manu carpes satia: nec tibi fæte
More patrum niuea implebunt multralia vacca,
Sed tota in dulces consument ubera natos.

Circos. Circus est principale, unde fit circulus, & per syncopam circlus: sicut periculum & periculum, seculum & seclum. *Gradum conferre.* Pariter incedere. *Rota inanes.* Sine ponde- re. *Temo æreus.* Fortis: sic in quinto, Aerea quem obliquum rota transiit. Item Horatius, *Inclusam Danaæ turri ærea.* Pubi indomita. Hoc ad iuuenos tantum pertinet. Nam de equis contra dicturus est, vt, Nanque ante domandum Ingentes tollent animos. *Vescas frondes.* F Siccias & teneras. Nam vescum hoc est propriè unde & telæ aranearum vescæ vocantur. *Frumenta manu.* Eis etiam farraginem dabis.

Sin ad bella magis studium, turmasque feroces:
Aut Alpheas rotis pro abi flumina Pisæ:
Et Iouis in luco currus agitare volantes:

Primus

A

*Primus equi labor est, animos atque arma videret
 Bellatum, litusque pati, tractuque gementem.
 Ferre rotam, & stabulo frenos audire sonanteis:
 Tum magis, atque magis blandis gaudere magistri
 Laudibus, & plause sonitum cervicis amare.
 Atque hec iam primo depulsus ab ubere matris
 Audiat, inque vicem dei mollibus ora capistris
 Inualidus, etiamque tremens, etiam infelix eui.
 Ac tribus exaltis, ubi quarta accesserit aetas,
 Carpere mox gyrum incipiat gradibusque sonare
 Compositis, sinuetque alterna volumina crurum,
 Sitque laboranti similio: tum cursibus auras
 Prouocet: ac per aperta volens, cœl liber habenit,
 Aequora, vix summa vestigia ponat arena.*

B

*Prelabi flumina Pisæ. Quia ut supra diximus, circa ripas fluminum agitabatur curule certamen.
 Inque vicem, Frenorum scilicet, ne adhuc tenera ora ledantur. Etiam infelix eui. Nondum ha-
 bens ab annis fiduciam. Vbi quarta accesserit aetas. Quartus annus. Nam ætatem plerunque gene-
 raliter dicimus pro anno, pro triginta, pro censum, pro quoquis tempore. Sitque laboranti simili.
 Præparetur ad futurum laborem.*

D

*Qualis Hyperboreis aquilo cum densus ab oris
 Incubuit, Scythie que hyemes, atque arida differt
 Nubila, tum segetes alta, campique natantes
 Lenibus horrescunt flabris: summaque sonorem
 Dant silvae, longique urgunt ad littora fluctus.
 Ille volat, simul arua fuga, simul aequora verrens.
 Hic vel ad Elei metas, & maxima campi
 Sudabit spatha, & spumas aget ore cruentas:
 Belgica vel molli melius feret effeda collo.
 Tum demum crassa magnum farragine corpus
 Crescere iam domitis finito: namque ante domandum
 Ingentes tollent animos: prensisque negabunt
 Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.*

*Qualis Hyperboreis. Hyperborei montes sunt Scythiae: sic dicti quod supra, id est ultra eos flat
 Boreas. Dicit autem, sic currat equus, vt ventus. Arida autem Nubila, sine pluviis. Differt. Diffi-
 pat. Horrescunt. Contremiscunt. Persius, Seis comitem horridulum trita donare lacerna. Id est tre-
 mentem. Ille volat. Scilicet ventus. Aequora campum planum aequor appellat. Verrens. Trahens.
 Ad Elei metas. Id est fines Circi. Elis autem civitas Arcadiæ, in qua agebatur curule certamen.
 & est species pro genere. Spumas ages ore cruentas. Quod est signum equi fortissimi, si velut rubras
 egerit spumas. Belgica Effeda. Gallicana vehicula. Nam Belgæ ciuitas est Gallie in qua huiuscemodi
 vehiculi repertus est vsus. Molli collo. Domito. vt. Mollia colla reflectunt. Duris parere lupati:
 Feenis aspermis. Dicta autem lupata à lupinis dentibus qui inæquales sunt. vnde etiam eorum
 morsus vehementer obest.*

F

*Sed non ylla magis vires industria firmat,
 Quam Venerem, & caci fistulos auertere amoris:
 Sive boum, sive est cui gratior usus equorum.
 Atque ideo tauros procul, atque in sola re elegant
 Pascha, post montem oppositum, & trans flumina lata:
 Aut intus clausos saturâ ad præsepi seruant.
 Carpit enim vires paulatim, utique videndo
 Femina: nec nemorum patitur meminisse, nec herbas.*

Cecidit amoris. Latentis Cupidinis. Relegant. Remouent. Fluminata. Ne natatus sit facilis. Vi- A
denda. Dum videtur. Gerundi modus à passiuo.

Dulcibus illa quidem illecebris, & saepe superbos;
Cornibus inter se subigit decernere amantes.
Pascitur in magna sylua formosa inuenca:
Illi alternantes multa vi pralia miscent
Vulnibus crebris: lauit ater corpora sanguis:
Versaque in obnixos urgenter cornua vajto
Cum gemitu: reboant sylueque, & magnus olympus.
Nec mos bellantes una stabulare: sed alter
Victus abit, longeque ignoris exulat oris,
Multus gemens ignominiam, plagisque superbi
Victoris, tum quos amisit inultus amores:
Er stabula aspectans regnis excessit austis.

In magna sylua. Alii Sila legunt: ut sit mons Lucaniae quod modo nulla necessitas cogit: ut in Aeneide. Ac velut ingenti Sila sub monte Taburno. Vbi utrumque speciale est. Reboant sylue. Resultant, remugint. Est autem Græcum verbum. nam apud Latinos nullum verbum est quod ante o finalē, habeat o: excepto Inchoo: quod tamen maiores aliter scribabant, aspirationem interponentes duabus vocalibus, & dicebant inchoo. tria enim habebant nomina in quibus c literam sequeretur aspiratio, sepulchrum, orchus, pulcher: e quibus pulcher tantum hodie recipit aspirationem. Exulat. Extra suum Iolum habitat. Affectans. Cicero de Catilina, Re-
torquet oculos profecto sepe ad hanc urbem, quam è suis fauicibus eruptam esse luget.

Ergo omni cura vires exercet: & inter
Dura iacet pernix instrato saxa cubili:
Frondbus hirsutis, & carice pestus acuta:
Et tentat se se, atque irasci in cornua dicit,
Arboris obnixus truncu: ventosque lacepsit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.
Post, ubi collectum robur, viresque recepta,
Signa mouet, precepisse oblitum fertur in hostem.
Fluctus ut in medio ceperit cum albescere ponto,
Longius ex altoque sinum trahit: utque volvus
Ad terras, immane sonat per saxa: nec ipso
Monte minor procumbit: at ima exstuat unda
Vorticibus: nigrumque alte subiectat arenam.

Vires exercet. Ab incultu robur acquirit. Pernix. Modo perseverans. Horatius. Pernix
uxor Apuli. Pernix autem perseverans à pernitendo tractum est. Carice acuta. Herba durissima.
Oblitum. Iam securum exante acta victoria. Immane. Aduerbum est. Fluctus ut in m. dō. Sic
paulatim taurus mouetur ad prælia.

Omne adeo genus in terris hominumque, ferarumque,
Et genus equorum, pecudes, piæque volvres,
Infurias, ignemque ruunt: amor omnibus idem.
Tempore non alio catulorum oblita leena
Sauior errauit campis: nec funera vulgo
Tam multa informes ursi, stragemque dedere.
Per syluam tum fauus aper, tum pessima rigis.
Heu male tum Libye solis erratur in agris.
Nonne vides, ut tota tremor pertinet equorum
Corpora, si tantum rotas odor attulit aurasi?

B

C

E

F

Actus

A
*Ac neque eos iam frenat vulturum, nec verbera saeva,
 Non scopuli, rupe, que caue, atque obiecta retardant
 Flumina, correposa unda torquentia montes:
 Ipse ruit, denteisque Sabellicus exacuit sus:
 Et pede prosubigit terram: fricat arbore costas:
 Atque hinc, atque illinc humeros ad vulnera durat.*

B
*Amor omnibus. Id est in unoquoque genere unus est amor, id est similis, ut puta in lupis vnu est a. nor, id est similis. Item in equis, & aliis omnibus pro qualitate sui generis. sicut alibi ait, Sopor suis occupat artus. id est ipsis aptus. Nam in omnibus animalibus non est amor unus atque idem, sed in singulis generibus, pro qualitate naturae. Catulorum oblitus. Vi scilicet nimis amoris. *Læsa* autem Græcum est, sicut dracæna, nam nos hic & hæc leo dicimus (lea namque vñtpatum est) quia in oœ exentia, masculina, foeminina ex se non faciunt. vt fullo, latro, leo. *Info: mes vñsi.* Vél magni: vel qui tempore quo nascuntur, forma carent, dicitur enim quædam caro naci, quam mater lambendo in membra componit. *Solis.* *Desertis.* *Libye* autem in agri, Serpentibus plenis. *Tota tremor pertinet eorum corpora.* Signatis sermonibus titur ad vim amoris exaggerandam, dicens & tota corpora, & pertentet, id est penitus tentet: cum dicat leuem odorem equarum. *Notas odor atque auras.* Hypallage est pro auræ odorem apporrtauient notum. *Frena viridum,* pro virorum fortium. *Rupesque canæ,* atque obiecta retardant. Ad illud superius reipicit. Post montem oppositum, & trans flumina lata. *Sabellicus exacuit sus.* *Sabinus:* & est species pro genere. Dicit autem suum domesticum, quem cicurum vocant, nam de apri supra ait, Tunc sœvus aper: hoc enim vult probare non tantum feras, sed & mansuetæ animalia amore in furorem moueri. *Prosubigit.* Fodit, & pedibus impellit alternis, quod pugnaturi suis facere consueverunt ad acquirendum robur. Vnde etiam latera & costas terentes, durant ea in futura certamina. *Hinc atque illinc.* Et à pedum motu & ab attritione costarum.*

C
*Quid iuuenis, magnum cui versat in ossibus ignem
 Durus amor: nempe abruptis turbata procellis
 Nocte natat cæca serus freta: quem super ingens
 Porta tonat celi: & scopulis illis reclamante
 æquora: nec miseri possunt renocare parentes,
 Nec moritura super crudeli funere virgo.
 Quid lynxes Bacchi variae & genus acre luporum;
 Atque canum? quid que imbellis dant prælia cerui?*

D
Quid iuuenis. Ne forte occurreret illa animalia carere ratione, dicit etiam grauius homines in amore moueri. Fabula talis est: Leander Abydenus & Hero Sestias fuerunt inuicem se amantes. Sed Leander ad Heronem natatu ire conueuerat per fretum Helleponiticum, quod Sestos & Abydon ciuitates interfluit. Cum igitur iuuenis oppressi tempestate cadauer ad puelam delatum fuisset, illa se præcipitauit è turri. Porta tonat celi. Aer nubibus plenus, per quem iter in cælum est. Nec miseri possunt renocare parentes. Hoc est amor parentum. Imbellis Licer imbellies, tamen mouentur in pugnam.

E
*Scilicet ante omnes furor est insignis equarum:
 Et mentem Venus ipsa dedit: quo tempore Glanci
 Potniae malis membra absumpseré quadriga.
 Filas dicit amor trans Gargara, transque sonantem
 Ascanium: superant montes, & flumina tranant:
 Continuoque audiis ubi subdita flamma medullis,
 Vere magis (quia vere calor reddit ossibus) ille
 Ore omnes versa in Zephyrum, stant rupibus altis,
 Exceptantque leueis auras: & sepe sine ullis
 Coniugis vento grauidæ (mirabile dictu)
 Saxa per & scopulos, & depressoas conualles*

A
 Diffugiunt, non Eure tuos, neque Solis ad ortus,
 In Boream, Caurumque, aut unde nigerrimus austus
 Nasciur, & pluie contristat frigore calum:
 Hinc demum, hippomanes vero quod nomine dicunt
 Pastores, lendum distillat ab ingine virus:
 Hippomanes, quod sepe malegerè noueræ,
 Misqueruntque herbas, & non innoxia verba.
 Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,
 Singuladum capti circumuectamur amore.

B
 Furor insignis. Notabilis & præcipuus. Glauci Potniades malis membra absumpserè quadrigæ. Potnia ciuitas est, de qua fuit Glaucus: qui cum sacra Veneris sperneret, illa irata, equabus eius immisit furorem, quibus vtebatur ad currum, & eum mortibus dilacerauerunt. Ordo autem talis est, Quo tempore Glauci membra malis absumperunt Potniades quadrigæ. Hoc autem ideo fingitur quod eis furorem Venus immiserit, quia dilaniatus est Glaucus effrenatus nimia cupiditate equibus, quū eas cohiberet à coitu, ut essent velociores. Trans Gargara transque sonanem Ascium. Gargara pro quibuslibet montibus, sicut Alcanium pro quibuslibet fluminibus posuit: quod etiam sequentia indicant. Superant montes, & flumina transtant. Hoc etiam Varro dicit, in Hispania ulteriore verno tempore equas nō iuso ardore commotitas: contrarijgidiiores ventos oras putescere ad sedandum calorem, & eas exinde concipere & edere pullos, licet velocias diu tamen minime duratas. Nam brevis admodum vita sunt. Exceptant. Frequenter excipiunt. Caurum. Pro Corum, sicut laurex pro forex, caulis pro colis. Hinc dūm Hippomanes. Scit lectum esse apud Hesiodum herbam esse quandam quæ hippomanes vocatur, quasi ἡρόν υγρία, si enim eam comedenter equi, furorem patiuntur. Vnde nunc adiecit, Vero quod nomine dicunt. Nam vult illam herbam abusuè hippomanes dictam, quod possint equi furere & alia quæcumque ratione. Re vera autem hippomanes dicit esse virus defluens ex equarum inguinis, quo tempore feruntur amoris furore. Ut sit hippomanes virus natum, & non virias ratiōne. Lendum virus. Viscidum. Misqueruntque herbas, & non innoxia verba. Exprimunt augmenta malitiae nouercarum, quæ virus herbis & cantibus herbarum armant venena. Singula dum capti circumuectamur amore. Dum speciatim singula describimus.

C
 Hoc satis armentis: superat pars altera curæ,
 Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas.
 Hic labor, hinc laudem fortis sperate coloni.
 Nec sum animi dubius, verbis ea vincere, magnum
 Quam sit, & angustis hunc addere rebus honorem.
 Sed me Parnassi, deserta per ardua dulcis
 Raptat amor: iuuat ire iugis, qua nulla priorum
 Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.
 Nunc veneranda Pales, magno nunc ore sonandum.

D
 Superat, pro superest. Lanigeros agitare greges. Lucretius contra: Buceriæque greges. Agitare, aut curare, aut pascere. Hirtasque capellas. Id est setosæ: vt, Hirsutumque supercilium. Hic labor, hinc laudem. Ad tuenda imbecilliora animalia. Et angustis hunc addere rebus honorem. Humilem materiam alto sermone decorare. Sic illud in quarto est, In tenui labor, at tenuis non gloria. Sed me Parnassi deserta per ardua. Per Parnassi ardua, Eliconem & Citeronem montes musis dicatorum significat. & hoc dicit, Scribendi amor rapit me ad opus arduum, & à nullo ante descriptum. Quod per periphrasim & allegoriam poeticaam indicat. Iuga. Per iuga. Qua nulla priorum. Diipono ire ad fontem Castaliam, per eam viam, per quam nullus ante egit orbitam suam. Ordo autem est, Qua nulla priorum orbita Castaliam diuertitur. Molli cliuo. Id est faciliter itinere & descensione. Hic autem locus totus de Lucretio translatus est. Nunc veneranda Pales, Id est Dea pabuli iuuocanda nunc maxime.

E
 Incipiens, stabulis edico in mollibus herbam
 Carpere ouis, dum mox frondosa reducitur estas:

Et mul-

*Et multa duram stipula, filicūmque maniplis
Sternere subter humum: glacies ne frigida ledat
Molle pecus, scabiēmque ferat, surpēsque podagras.
Post hinc digressus, iubeo frondentia capris
Arbuta sufficere, & fluios prabere recentes:
Et stabula a ventis hyberno opponere soli
Ad medium conuersa diem, cum frigidus olim
Iam cadit, extremoque irrorat Aquarius anno.*

A *Stabulis in mollibus. Clementioribus, & aeris temperati, vel propter plagam australis, vel propter suppositas herbas animalibus. Frondosa reducitur astas. Donec vernum tempus adueniat. Nam, ut etiam in primo diximus, ver & aestas, sicut etiam hyems & autumnus, vnum fuerunt secundum rationem hemispherij. Turpēsque podagras. Respexit ad curam quæ sine paenis & medicaminibus sordidis non sit: Post hinc. Cum hoc feceris, & Post hinc, vnum vacat: sicut, Primus ibi ante omnes. Fluios prabere recentes. Id est aquam statim haustam. Nam si pigrum potauerint, statim contrahunt morbum. Stabula a ventis. Figurate, scilicet ventos non perferentia. Hyberno felis. Contra plagam meridianam, per quam sol currit per hyemem: quod explanat dicens, Ad medium conuersa diem. Extremo anno. Mense Ianuario, qui est penultimus. Nam ut etiam in primo diximus. Ut primis exemplo à mensibus anni: à Martio mense inchoabat annus apud maires. Ergo Extremo anno, Extrema parte anni.*

*Hac quoque non cura nobis leuiore tuenda,
Nec minor usus erit, quamvis Milesia magno
Vellera mutentur, Tyrios incolta rubores:
Densior hinc soboles, hic largi copia lactis:
Quam magis exhausto sumauerit ubere mulctra,
Lata magis pressis manabunt ubera mammis.
Nec minus interea barbas, incanaque menta
Ciniphy condent hirci, setasque comanteis
Usum in castrorum, & miseris velamina nantis.
Pascuntur vero sylvas, & summa Lycei,
Horrenteisque rubos, & amanteis ardua dumos:
Atque ipse memores redeunt in tecta: suosque
Ducunt, & grauidi superant vix ubere limen.
Ergo omni studio glaciem, ventosque nivales,
Quo minor est illis cura mortalis egestas,
Auertes: vi clūmque feres, & virgea latus
Pabula: nec tota claudes stenilia bruma.*

B *Hec quoque non cura. Cum de capellis loquitur, figurate neutro usus est genere. Nam integrum erat. Hec quoque non cura nobis leuiore tuenda. Sane perite: quoniam scit planam esse otium utilitatem, eam præterit, & exaggerat meritum capellarum, vt dictis in lucem promat rem per se minus patentem. Milesia vllra. Lanæ pretiosissimæ, nam Milesia ciuitas est Asia vbi tinguntur lanæ optimæ. Ipse in quarto, Milesia vellera nymphæ Carpebant. Cicero in Verrem, Quid à Milesia lane sustulerit Magno autem mutentur. Ingenti pretio comparentur. Nam apud maiores omne mercimonium in permutatione constabat: quod & Caius Homerico confirmat exemplo. Tyrios incolta rubores. Figurate: quæ coquendo Tyrium traxit ruborem, id est migravit in purpuram. Densior hinc soboles. Binos enim pariunt capellæ plerunque. Barbas. Sic de quaduipedibus. Nam hominum barbam vocamus. Incana autem dicit nimium cana. Ciniphy hirci. Libyes à fluvio. Cinyphe. Miseris nantu. Qui frequenter patiuntur pericula. In viuum autem castrorum ideo dixit, & quia de cilicis poliuntur loricae, & teguntur tabulata turrium, ne iactis facibus ignis possit adhaerere. Et bene laudat capellas, dicens ciliciorum usum & in mari, & in terra prodelle mortalibus: hoc est in duobus elementis concessis hominibus. Pascuntur sylvas. Et palco & pascor illam rem dicimus, & pascuntur pro depauperantur. Summa Lycei. Montis arcadicæ. & est species pro genere. Suosque ducunt. Educunt sotus proprios & enutriunt, unde & edu-*

Atos dicimus. Quo minor est illū se. Ordo est, Igitur omni studio auerte ab eis ventos, & glaciem quo egestas mortalitatis, id est necessitas mortalitatis minor est illis cura: hoc est minus ad ipsorum pertinet curam, nam hoc dicit, Quanto ille sibi adeste non possunt, tanto eis à te impendenda est maior diligentia.

At vero Zephyris cum lata vocantibus astas:
In saltus virunque gregem, atque in pascua mittere.
Luciferi primo cum sydere, frigida rura
Carpamus dum mane nouum, dum gramina canent,
Et ros in tenera pecori gratissimus herba est.
Inde, ubi quarta sitim cali collegerit hora,
Et cantu querule rumpent arbusta cicade,
Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto
Currentem ilignis potare canalibus undam,
AEstibus ac mediis umbrosam exquirere vallem.
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos, aut sicubi nigrum
Ilicibus crebris sacra nemus accubet umbra:
Tum tenues dare rursus aquas: & pascere rursus
Solis ad occasum, cum frigidus aera Vesper
Temperat, & saltus reficit iam roscida luna:
Littoralaque Halcyonem resonant, & Acanthida dum.

BAt vero Zephyris cum lata vocantibus astas. Subaudi aduenierit. Dicit autem ver quo flare Zephyrus incipit: ut in primo, Et Zephyro putris se gleba resolut. Frigida rura Carpamus. Id est carpere cogamus animalia. Et mane pasci oves praecepit secundum morem suę prouinciae. Nā in aliquibus locis morbum contrahunt nisi iam siccato rore pascantur. Dum gramina canent. Nocturnis & matutinis lucentes rotibus herba. Querula cicade. Canora Horatius, Sub cantu querula despicere tibiae. Aut certè Querula dicitur propter illam fabulam, quod Titonus maritus Aurora post optatam longissimam vitam, diu viuendo in cicadam dicitur esse conuersus. Rumpent arbusta. Nimio clamore. Iuuinalis. Et assiduo rupte lectore columnæ. Persius, Findor, ut Arcadia pecunia rudere dicas. Ilignis canalibus. Factis ex Illice. Sanè canalis melius genere feminino D quam masculino proferimus. Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus. Quia omnis quercus Ioui est consecrata. Quod autem dicit Iouis quercus, & Ilicibus crebris sacra nemus accubat umbra: Non reuera consecratos lucos dicit nos petere deberesed ita densos quales sunt illi quos religio defendit. Vnde apparet quercum Iouis, & sacram umbram, generalia esse non specialia epitheta: nam vt diximus, & omnis quercus Ioui est consecrata, & omnis lucus Diana. Tenues aquas. Epitheton est aquarum. Alibi, Aut in quas tenues dilapsus abibit. Aer vesper Temperat. Refrigerat & statim calorem. Reficit. Recreat. Luna. Nox. Littoralaque Halcyonem resonant, & Acanthida dum. Quo tempore retinet per littora Halcyon auis, cuius fabulam in primo mémorandum. Per Dulos vero Acanthidis, quam alij lusciniam esse volunt, alij vero cardualem, quæ spinis & carduis pascitur, ut inde etiam apud Graecos ακανθη, dicta sit δωδεκακανθη, id est spinis quibus pascitur.

CQuid tibi pastores Libye, quid pascua versu
Prosequar? & raris habitata mapalia teclis?
Sape diem, noctemque, & totum ex ordine mensem
Pascitur: itque pecus longa in deserta sine ullis
Hospitiis, tantum campi iacet: omnia secum
Armentarius afer agit: teclumque, larumque,
Armaque, Amyclamque canem, Cressamque pharetram:
Non secus, ac patriis acer Romanus in armis,
In iusto sub fasce viam cum carpit, & hosti
Ante expectatum posuit stat in azmine castris.
Quid tibi pastores Libye Dicit pro qualitate prouinciarum diuersa esse genera pascionum.
ESine

G E O R G . III.

139

A Sine vllis hospitiis. Sine vllis stabulis. Armeniarus. Abusué nam de gregibus loquitur. Tellanque laremque. Tentoria more militum: ac si casam diceret. Amyclumque canem. Laconicum. Et est species pro genere. Amycla autem ciuitas est Laconia: vnde est. Talis Amyclæ domitus Pollucis habens Cyllarus. Patriis acer Romanus in armis. Generaliter sibi concessis: ac si diceret Martis. In iusto sub fasce. Sub magno onere. vt. Ego hoc te fasce leuabo. Magnum autem onus dicit propter arma, alimenta, vestitum. Ante expectationem. Dicto citius, antequam eius expectetur aduentus. Et est vna pars orationis: hoc est aduerbiū. Stat. Obstat. nam Aphæresis est.

B At non, qua Scythia gentes, Mæoticaque vnda,
Turbidus & torquens flauentes Ister arenas:
Quaque redit medium Rhodope porrecta sub axem.
Illi clausa tenent stabulis armenta neque vlla
Aut herbe campo apparent, aut arbore frondes:
Sed iacet aggeribus nivis informis, & alto
Terra gelu late septemque assurgit in vlnas:
Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.

C At non qua f.g. Subaudi talis est pastio. Mæoticaque palus est Scythia frigore conge-
lascens. Ister fluuius Scythia qui & Danubius nominatur. Quaque redit m. r porrecta sub axem.
Qua Rhodopæ mons Thraciae protensus in orientalem plagam, Gammaides in septentrionalem reflectitur. Nam ideo ait: Redit f.a. Nam axis est septentrio: qui Græcæ æqua nominatur.
Informis t. Nivis superfusione, carens varietate formarum, nullisque agnoscenda limitibus.
Septem assurgit in vlnas. Crescit in septem vlnas. Vlna autem, vt diximus, secundum alios,
vtriusque manus extensio est. secundum alios cubitus: quod magis verum est, quia Græcæ
oīm dicitur cubitus: vnde est λαχάνης οīm.

D Tum sol pallenteis hand unquam discutit umbras:
Nec cum inuectus equis altum petat albera, nec cum
Præcipitem Oceani rubro lauit aquore currum,
Concrescunt subite currenti in flumine crusta,
Vndaque iam tergo ferratos sustinet orbes:
Pupibus illa prius, patulis nunc hospita plaustris.
Aeraque diffiliunt vulgo, vestesque rigescunt
Indute: ceduntque securibus humida vina:
Et totæ solidam in glaciem vertere lacune:
Stiriaque implexis induruit horrida barbis.

E Pallenteis hand unquam. Nunquam nubes dissoluit. Nam pallentes umbrae sunt, non ex nocte
sed ex nubibus factæ. Concrescunt subite currenti in flumine crusta. Aquæ congelascunt fluentes.
Notandum sanè, quia cum hæc crusta dicimus foemino genere, lapidis, aut ligni, aut gelu
partem significamus. Cum verò crustum dicimus, edulium aliquod significamus, partem panis
vel placenta. Ipse in septimo, Orbem fatalis crusti. Horatius. Dant crustula blandi Doctores Iu-
nalis. Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo. Hospita p'austri. Facilis. Vnde & hospitalis
homo dicitur hospiti aptè seruiens. Aeraque diffiliunt vulgo. Passim crepant, nam tam nimio
frigore quam calore æra rumpuntur. Persius Findit infantes statuas. V estē que rigescunt. Durantur,
vt frang' potius quam scindi posse videantur. Céduntque securibus humida vina. Et am vinum na-
turaliter calidum illic gelatur. Intelligimus autem peregrinum: nam illic non nascitur, sicut
F paulo post ipse docet, dicens, Fermento atque acidis imitantur vita sorbis. Sanè volunt physi-
ci vinum non gelari: vnde hoc loco aut Hyperbole est. Aut quia dixit. Humida, aquæ multa
intelligamus: Ita enim gelari dicuntur, Totæ solidam in glaciem vertere lacune. Fosse ad siccandos
agros paratæ, cum alibi tantum incrustentur, illic usque ad imum congelantur. Stiriaque impe-
xis. Stiria, idest gutta: inde fit diminutiuum, vt dicamus flilla. Inde est dirillat, & still. cid. um.
Sensus autem duplex est. Nam aut hoc dicit, De implexis barbis pecudum pendens gutta du-
ratur. Aut certe de testis & arboribus gutta horrida induruit in modum barbarum.

G Interea toto non secutus aere ningit:
Interent pecudes: stant circunfusa pruinis

K 2

Corpora magna boum: confertoque agmine cerni
 Torpens mole noua: & summis vix cornibus extant.
 Hos non immisces canibus, non cassibus ullis,
 Tunice ave agitant pauidos formidine penne:
 Sed frustra oppositum trudentes pectore montem,
 Cominus obruncant ferro, grauitaque rudentes
 Cedunt, & magno lati clamore reportant.
 Ipsi in desfossis specubus securas sub alta
 Otia agunt terra: congestaque robora totas
 Aduoluere facie vltimos, ignique dedere.
 Hic noctem ludo ducunt, & pocula lati
 Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis?
 Talis Hyperboreo septem subiecta Trioni
 Gens effrena virum Rhipheo tunditur Euro:
 Et pecudum fulvis velantur corpora setis.

Non secus. Non segnus quam inchoauerat. *Pruinis*. Abusus nivibus. nam prauia est matutini
 temporis frigus. Conferto agmine cerui. Coniuncto. Cerui enim congregazione gratulantur. *Mole*
 noua. Nivium magnitudine. *Cassibus*. Id est retibus. Hinc est quod & incalsum dicimus, id est
 sine causa, quasi sine cassibus; sine quibus venatio est inanis.

Grauierque rudentes. *Ru* enim more suo corridunt. vi in septimo. Et sera sub nocte rudentum.
 Persius producit, *Findor* ut *Arcadi* & *peruvia* rudere dicas. *Specubus*. Artis fuerat specib. dicere: quia
 quarta declinatio in datiuo & ablatiuo pluralibus, u in i vertit: & ita facit datiuum pluraliem
 ut ab hoc fluctu, his fluctibus. sed quia pinguis sonat & melius. specubus dicimus, vnum tamen
 nomen est quod aliter non dicimus, ut tribibus. nam tribibus nemo dicit. *Hic noctem ludo du-*
cunt. Quasi perpetuitatem noctis sub terris locati ludo concelebrant. *Fermento* atque acidis i-
 milantur vitea sorbis. Potionis genus est quod cervisia nuncupatur. & consequens est ut vinum
 per naturam calidum in prouincia frigida non possit creari. *Septem subiecta Trioni*. Tmesis, pro
 septentrioni. *Gens effrena virum*. Sæua, rectorem reculans. *Rhipheo* Euro. Scythico vento. *Rhiphai*
 autem montes Scythia, ut diximus, à perpetuo ventorum flatu nominati. Nam, *ii*, Græcè impe-
 tus & opus dicitur, *Son' vñ p'rrtus*. *Pecudum fulvis velantur corpora setis*. Rhenonibus. Nam ut Sallu-
 sius dicit in historiis, *Vestes de peñibus Rhenones vocantur*.

Sitibi lanicum cura, primum aspera sylua,
 Lappaque, tribulique absint: fuge pabula lata:
 Continuoque greges villis lege mollibus albos.
 Illum autem (quamvis aries sit candidus ipse)
 Nigra subest vdo tautum cui lingua palato,
 Rejce: ne maculis infuscet vellera pullis
 Nascentum, plenóque alium circumspice campo:
 Munere sic nino lana (sic credere dignum est)
 Pandens Arcadie captam te Luna sefellit,
 In nomora alta vocans: nec tu affernata vocantem.

Si libi lanicum cura. Et hæc lana dicimus: sicut fuga & effugium. Quod au-
 tem dicir oues lana cauilla non debere pinguescere, physicum est. Omne enim pingue animal
 caret pilis: quod hi sunt efficit macies. *Lappaque* tribulique. A quibus rebus lana decerpitur.
 Continuo, pro perpetuo: semper hoc enim fieri debet. *Villis lege mollibus albos*. Lana enim
 alba pretiosior est: quippe susceptura alium quemlibet colorem. Quod autem hic per transitum
 tangit, in aliis plenus legitur, maritum pecoris, & cornu & vngulis, & palato album esse debere.
 Alioquin licet sit candidus lanis, constat ex eo pullos nigros creari. *Aries sit candidus ipse*. Bene
 addidit, *Ipsi*, quasi qui aut dominus gregis est, aut qui antea pro damno, capitali dari consue-
 erat. Nam apud maiores, homicidij pena noxius, arietis damno luebat: quod in Regum legi-
 bus legitur. *Pullis Nigris Vdo palato*. Semper humido. Alibi, Et vda vocis iter. *Rejce, rejce*: aut quasi
 monoly-

A monosyllabum produxit licenteria ut supra diximus, quia cum faciat relecti, i. pro duplii habetur, & Reg efficit longam. Ideo & in aliis modis praesumit sibi productionem: *Munere sic niue
lante. Mutat fabulam. Nam non Pan, sed Endymion amasse dicitur Lunam: qui spretus pauit pecora candidissimus, & sic eam in suos illexit amplexus: cuius rei mysticæ, volunt quandam lectream esse rationem. Si credere dignum est. Tantum de Luna sacrilegium.*

*At cui lactis amor: cyathis lotosque frequentes
Ille manu, salsa que ferat praesepibus herbas,
Hinc & amant fluios magis, & magis ubera tendunt:
Et satis occultum referunt in lacte saporem.
Multi iam excretos prohibent à matribus hædos,
Primaque ferratis presigunt ora capistris.
Quod surgente die muliere, horisque diurnis,
Nocte premunt: quod iam tenebris, & sole cadente,
Sub lucem exportant calathis (adit oppida pastor)
Aut parco sale contingunt, biennique reponunt.*

Salsa quoque ferat praesepibus herbas. Et ut multum potantes, reddant plurimum lactis: & ipsum lac non sit fatus, sed habeat salis occultum saporem, id est vix intelligibilem & non statim apparentem. Excretos. Validiores. Ferratis capistris. Id est duris. Nocte premunt. Cogunt in caseos. Calathis. Vasis æreis: in quibus lac vel recens caseus in vrbe distrahitur. Aut parco sale. Aut modo sale: aut re vera parco, id est feruatores quia omne in quod mittitur feruat. Nam & homo trugi, parcus vocatur. Aut certe parco dixit pro parce, ut sit nomen pro aduerbio.

*Nec tibi cura canum fuerit postrema: sed una
Veloces Sparta catulos, acremque molossum
Pasce sero pingui: nunquam custodibus illis
Nocturnum stabulis furum, incursumque luporum,
Aut impacatos à tergo horrebus Iberos,
Sepe etiam cursu timidos agitabis onagros:
Et canibus leporem, canibus venabere damas.
Sepe volutrabis pulsos sylvestribus apros
Latratu turbibus agens: montesque per altos
Ingentem clamore premes ad retia ceruum.*

Nec tibi cura canum fuerit. Liptotes, pro magna tibi cura sit canum! Postremo. Vilis. Veloces Sparta catulos, pro Spartanos, vna, hoc est cum pecore. In Laconicis velocitas, in Molossis fortitudo laudatur. Sparta autem Laconia est ciuitas, Mollosia ciuitas Epiri. Pasce sero pingui. Aqua lactis, quæ pingues efficit canes. Nocturnum furum. Noctis opportunitatem captantem. Fur autem à furu dictus est, id est nigro. Nam noctis utitur tempore. Horatius. Quam pene vidimus furue regna Proserpina. Aut certe à Græco venit, nam fur soi, vocatur. Iberos. Abactores, fere enim Hispani omnes acerrimi abactores sunt. Onagros. Agrestes asinos. Et est laus canum. Sepe volutrabis sylvestribus. Volutabra loca sunt in quibus se apri voluunt. Sylvestribus autem ideo, quia & circa casas esse, & in ciuitatibus possunt.

*Disce & odoratam stabulis accendere cedrum:
Galbaneoque agitare grani nidore chelydros.
Sepe sub immoris praesepibus, aut mala tactu
Vipera delituit, cælumque exterrita fugit.
Aut tecto assuetus coluber succedere, & umbra,
Pestis acerba bonum, pecoriisque aspergere virus,
Fonit humum: capesaxa manu, caper obora pastor:
Tollentemque minas, & sibila colla tumentem
Deiye: iamque fuga timidum capra abdidit alte:*

Cum medi nexus, extremaque agmina cauda.
Soluuntur: tardosque trahit sinus ultimus orbes.

Oderatam stabulis. Pro odoriferam. & loquitur de serpentum remedis, qui ingressi tecta, animalibus nocent. Agitare. Persequi. Granum nido. Serpentibus scilicet noxio. Galbanoque. Galbanum species est multis apta medicaminibus. Chelydros. Chelydri dicti sunt quasi cheriydri: quia in aquis & in terris morantur. Nam xipos dicitur terram, & autem aquam. Aut mala tactu. Quæ & tacta nocet, & est perniciosa dum tangit. Vipera autem species est serpentis, quæ vi patitur nam corrosio eius lateribus excent pulli cum mattis interrit. Lucanus. Vipere coeunt abrupto corpori nodi. Cœcum exterrita fugit. Gaudet tactis, ut sunt æta diaboli, quos Latini genios vocant. Fons hissum. Amplexa terram est in qua posit latere. Timidum caput abdidit alte. Cui timet. Nam ut dicit Plinius, Serpens caput eis in si cum duobus enaserit digiti nihilominus viu i. Agmina cauda. Motus. Et hoc dicit, Cæde serpentem donec caudæ volubilitas conquiescat.

Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,
Squamæa conuoluens sublato pectore terga,
Atque notis longam maculosus grandibus aluum:
Qui dum amnes ulli rumpuntur fontibus, & dum
Vere madent vdo terra, ac pluviisibus austris,
Stagna colitwipisque habitans, hic pisibus atram
Improbis ingluviem, ranisque loquacibus explet.
Postquam excuta palus, terra que ardore debescunt:
Exilit in siccum: & flammantia lumen torquens
Senit agris, asperque siti, atque exterritus astu.
Ne mibi tum molles sub diu carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas:
Cum positis nonus exuviis, mitidisque inuenta
Voluitur, aut catulos rectis, aut ora relinquent
Ardens ad solem, & linguis micat ore trifulcis.

Squamæa conuoluens sublato pectore terga. Id est erectus: quod ad expressionem generis serpentis posuit: Alii enim repunt toto corpore. Alii eriguntur corporis parte. Lucanus. Et contentus iter cauda sulcare parias. Vd vere. Alibi. Cum ruit imbriferum ver. Improbis. Infatibilis. Ingluviem. Ventris capacitatem. Ren's loquacibus. Clamoris. Loquacibus ideo, quia ex hominibus factæ sunt, ut dicit Ouidius. Asperque siti. Sallust. Quod genus sui magis quam alia re accendit. Mili. Cuicunque. vt. Non illa quicquam me nocte per alium ire. Niitudique inuenta. Pelle enim deposita redit ad ætatem priorem. Catulus. Abusue dixit. Nam catuli proprie sunt canum.

Morborum quoque te causas, & signa docebo.
Turpis oves teniat, scabies: ubi frigidus imber.
Altius ad viuum persedit, & horrida cano.
Bruma gelu: vel cum tonsis illotus adhaesit.
Sudor, & hirsuti secuerunt corpora vepres.
Dulcibus idcirco fluiis pecus omne magistri.
Perfundunt, vdisque aries in gurgite villis
Mersatur, missusque secundo desfluit amni.
Aut tonsum tristi contingunt, corpus amurca:
Et spumas miscent argenti, viuaque sulfura,
Ideaque pices, & pinguis vnguine ceras,
Scyllamque, belleboroque graues, nigrumque bitumen.
Non tamen villa magis præsens fortuna laborum est,
Quam si quis ferro potuit rescindere summum.

A *Vleceris os. alitur vitium; viuitque tegendo:
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat, & meliora deos sedet omnia poscens.*

Morborum quoque te caussas, & signa docebo. Triā dicit, signa, morborum caussas, & remedia: sed non seruat legitimū ordinem. Nam post remedia morborū, signa commōmorat. Tu pīs scabies. Quæ asperum & turpe efficit corpus. Et alīm ad viuum perdes. Medullas & ossa penetravit. Illū adhesit sūdor. Lotus vel laetus dicimus. Inde est & laetum eo. Nam illud ab Horatio fatis licenter dictum est. Ast ubi me fessum sol acīor ire lauantum Admonuit. Du'cibus flūniis. Sallā enim aqua magis prūginem creat. V' disque aries in gurgite vallis Messaur. Mutomonem dicit ducem gregis, quem ita & Varro commemorat. huic autem partem aliquam lanx pastores solent relinquer. vnde ait vdis villis. Nam semper oves tontæ lauantur. Secundo anni. D'fluenti, cum aqua scilicet. Tristi amure. Amaris olei lōrdibus. Hoc autem remedium est contra lōrdes, scabiem, & contra lēsum vēpribus corpus. V' inaque sulphur. dactylicus versus, quod in fine dactylum habeat. Ideasque pices. Liquidas, quæ in Ida Phrygia monte nascuntur. Seyllamque, helleboros. Genita herbarum iunt. Prēsens fortuna. Efficax, vtilis, profutura. Et diet incidentum esse vulnus si medicaminibus emolliri minime potuerit. Summarū vlecerū os. Ergo tunc secundum est cum os habuerit. Et meliora deos sedet omnia. Maiores enim expugnantes religionem, totum in experientia collocabant. Sallustius. Non votis neque supplicijs malieb' v' deorum auxilia comparantur: vigilando, laborando, prospere omnia cadunt: vbi fōrcidā tēte atque ignauia tradiderit, nequicquam deos imploris. ir 416 inf' i' que sunt.

C *Quin etiam ima dolor balan tum lapsus ad offa
Cum fūrit, atque artus depascitur arida febris:
Profusū incensos estus auertere: & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam?
Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus,
Cum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum:
Et lac concretum cum sanguine potat equino.
Quam procul aut molli succedere sepius umbra
Videris, aut summas carpentem ignauius herbas:
Extremamque sequi: aut medio procumbere campo.
Pascentem: & ser'e solem decadere nocti:
Continuo culpam ferro compesce: prius quam
Dira per incautum serpent contagia vulgus.*

D *Artus depascitur. Et pasco & pascor illam rem dicimus. Arida febris. Quæ arida efficit corpora. Tamen sciendū febrem licet à feruore dicta sit, esse etiam frigidam. vnde modo ad dialollen ait aridam. Incensos estus. Id est febrem. Inter ima ferire pedis salientem. Id est mobilem. Dicit autem illam venam esse feriendam quæ supra vngulam est animalis, tam lata quam mobilis. Bisaltæ quo more. Populi Scytharum: qui fugientes equorum sanguine aluntur lacte permixto. Cum fugit. Vel re vera fugit: vel pergit celeriter. Carpentem ignauius. Negligentius, sine auditate. Culpam ferro compesce. Atqui habere morbum culpa non est. sed hoc dicit, occidendo eam, tuam culpam compelce, id est vita crimen in quod potes incidere, si, dum vñi parcis, fuerit totus gress eius contagione corruptus. Incautum vulgus. Quod se morboſi pecoris contagione abstinere non nouit.*

F *Non tam creber, agens hyemem, ruit aq' uore turbo
Quam multa pecudum pestes: nec singula morbi
Corpora corripiunt: sed rotas astuta repente,
Spemque gregemque simul, cunctamque ab origine gentem,
Tumsciat, erias alpes, & Noricas si quis
Castella in tumulis, & Iapidis arna Timauis,
Nunc quoque post tanto videat, deseritaque regna
Pastorum, & longe saltus, laqueo vacantes.*

Tota astiu. Loca posuit pro animahibus. Astiu autem sunt loca umbrosa, in quibus per aestatem pecora vitant solis calorem. Statius. Et umbris patuere astiu Lycae. Spemque gregemque simul. Agnos cum matribus. Tunc sciat, aerias alpes & Norica signum. Sensus hic est. Si quis est qui sciat ita loca qualia tunc fuerunt, cum pecoribus erant retorta, nunc quoque ea vacantia videat: licet plurimum à pestilentia fluxerit tempus.

Hic quondam morbo celi, miseranda coorta est
Tempestas, tuncque autumni incanduit astu:
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum:
Corrupitque lacus, infecti pabula tabo.
Nec via mortis erat simplex: sed ubi ignea venis
Omnibus acta suis, miseros adduxerat artus:
Rufus abundabat fluidus liquor: omniaque in se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.

Hic quondam morbo celi, miseranda coorta est. Describit pestilentiam Venetiae, Galliae, Illyrici. nam quadam tempore cum Nilus plus & quo excreuiflet, & diu permanisset in campis, ex qua fluminis & calore prouinciae diuersa, & plurima in limo animalia sunt creata, quæ recedente in aliacos suos Nilo, & integra & quæ semiplena fuerant, putrefacta sunt: exinde corrupto aera nata pestilentia est, quam Auster flans primo ex Ægypto ad Atticam prouinciam pepulit. Mox inde in tractum Venetiae & Illyrici, viisque quoque vniuersa vastauit. Hanc autem pestilentiam C ordine quo diximus plenissime Lucretius est executus. Aerias Alpes. Id est Galliam. Et dicendo aerias, verbum expressit ex verbo. Nam Gallorum lingua alti montes alpes vocantur. Norica se quis. Noricum pars est Illyrici. Et Iapidi arma Timau. Id est Venetiam. Num Lapidia pars est Venetiae dicta ab Iapido oppido. Sallustius, Primam modo Iapidi in ingressu. Huius est fluvius Timavus. Vnde male quidam Iapigis legunt, cum Iapigia sit Apulia. Miserrima tempestas. Pessima, ferens rem dignam miseratione. Tuncque autumni incanduit astu. Exarlit prima autumni parte, quæ semper grauem efficit pestilentiam. Ut autem autumnus abundet morbis, facit confinium frigoris & caloris: quod licet etiam vernum tempus habeat, caret morbo: quia tunc corpora precedentia durata sunt frigore, quæ autumnus corrumpt, laxiora inueniens post astatis calorem. Corripisque lacus, infecti pabula tabo. Ordinem secutus est quem & Lucretius tenuit & Sallustius. Primo aerem, inde aquam, post pabula esse corrupta. Nec via mortis erat simplex. Nec moriebatur ex vsu, id est secundum naturalem ordinem, non tantum fuga animæ, sed etiam corporis resolutione. Est autem Sallustij, qui ait, Ne simplici quidem morte moriebantur. / gaea veni Omnes acta sit. Feruidus calor: ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Fluidus liquor. Humor torpidus. Ossa. Etiam ossa. Et per Hyperboleum totum hominem significat.

Sepe in honore deum medio stans hostia ad aras,
Lanea dum nivea circundatur infusa vitta,
Inter cunctantes cecidit moribunda ministros.
Aut siquam ferro macrauerat ante sacerdos:
Inde neque impositis ardent altaria fibris:
Nec responsa potest consultus reddere vates:
Ac vix suppositi iunguntur sanguine culti:
Summaque ieiuna fame infuscatur arena.

In honore d. sum m d. In sacrificiis. vt. Haud equidem tali me dignor honore. Lanea. Id est vicinia. Nam non stat versus, si lanea vitta dixeris. Macrauerat ante sacerdos. Eius scilicet mortem præueniens. Ardent altaria fibris. Quia ve dicit Plinius Scindus. Mo bosa caro non coquitur. Inde ab hac causa quia morbus vniuersa confuderit. Nec responsa potest consultus reddere vates. Colligi enim nisi ex sana victima, futura non possunt. Suppositi iunguntur sanguine culti. Sic & in lesto, Supponunt alij cultos, Id est ingulaat hostias. Dicendo autem Suppositi, serendi genus, ostendit. Num interdum ab inferiori parte, interdum desuper seriebantur. Summaque ieiuna fame infuscatur arena. Signatis vsus est verbis, nimirumque libratis.

Hinc letis vituli vulgo moriuntur in herbis:
Et dulces animas plena ad præsepi reddunt.

A

Hinc canibus blandis rabies venit: & qualit agros
 Tufsis anhelatis: ac fauicibus angit obesis.
 Labitur infelix studiorum atque immemor herbo
 Vector equus: fontesque auertitur: & pede terram
 Crebra ferit: demissa aures: incertus ibidem
 Sudor, & ille quidem moriuris: frigidus: aret
 Pellis: & ad tactum tractanti dura ressistit.

Vulgo. Vbiique, passim & cateruatim. In latiis autem herbis ideo, ne eos fame perisse putaremus.
B Hinc canibus blandis: Canibus rabies ex pestilentia nascitur. Quaerit agros Tufsis anhelatis. Proprie, nam tuffis commouet corpora. Et fauicibus angit obesis. Tumentibus. Angit autem, bene ait. nam angina dicitur pororum morbus qui occupat fauces. Plautus, *Vellem me in anginam veris,*
ut huic animali fauces preoccuparem. Crebra ferit. Crebro: nomen pro aduerbio. Incertus ibidem sudor. Irrationabilis, sine labore, cuius cauila non appetet. Morituris, frigidus. Frigidus sudor, mortis futuræ signum est, & moriturus frigore plenus est. Tractanti dura ressistit. Frigida est, nec coheret digitis.

B

Hac ante exitium primis dant signa diebus,
 Sin in processu capit crudescere morbus:
 Tum vero ardentes oculi: atque attractus ab alto
 Spiritus, interdum gemitu grauis imaque longo
 Ilia singulii tendunt: it naribus ater
 Sanguis, & obfessas fauces premit aspera lingua.
 Profuit inserto latices infundere cornu
 Lenaos: ea visi salus morientibus una.
 Mox erat hoc ipsum exitio: furiisque refelli
 Ardebant: ipsi que suos, iam morte sub egra
 (*Dy meliora pjs, erroremque hostibus illum*)
 Discissos nudis laniabant dentibus artus.

C

Cœpit crudescere morbus. Validior fieri vt, Deiecta crudescit pugna Camilla: & iam dat signa morbi validioris. Obfessas fauces. Id est clausas. Aspera lingua. Scilicet nimia siccitate. Profuit inserto latices infundere cornu. Non semper, sed aliquando. nam hoc solum est quod morbo liberat, aut commouet in furorem. Mox erat hoc ipsum exitio. Quod saluti esse putabatur. Et hoc est quod paulo post dictum est. Quæsitæque no cent artes. Furii que refelli. Quia languentia corporis vites quodammodo excitat furor, & facit ea in exitium conualefcere. *Dy meliora pjs.* Per parenthesin in execrationem hostium hanc torquet insaniam.

D

Ecce autem duro fumans sub vomere taurus
 Concidit, & mistum spumis vomit ore cruento,
 Extremosque ciet gemitus. it tristis arator
 Marentem abiungens fraterna morte iuuencum,
 Atque opere in medio defixa relinquit aratra.
 Non umbra altorum nemorum, non mollia possunt
 Prata mouere animum, non qui per saxa volutus
 Purior electro campum peit annis: at ima
 Soluuntur latera, atque oculos stupor urget inerteis,
 Ad terramque fluit deuenexo pondere ceruix.

E

Fumanus sub vomere taurus. Per hoc ostendit etiam fortis tauros, repente morbo concidere. Nemo enim pestilentem ad aratra ducit iuuencum. Extremosque ciet gemitus. Ultimum gemuit. Sane Cetero modo Dicitur significat, sicut in tertio de Andromache, Lachrymasque ciebat cuni ciere propriis sit alteri aliquid commouere. Fratrum morte iuuencum. Confortis interitu. Et ex affectu dictum est rusticis. Mouere animum. In suum desyderium illicere. Purior electro campum peit annis. Nam sicut electrum despectius est metallis omnibus, ita & currens aqua ceteris purior. Ad terramque fluit. Lucanus, *Fessumque caput se fere recusat.*

P. VIRGIL.

146

*Quid labor, aut benefacta iuuant? quid vomere terras
Inuertisse graues? at qui non Massica Bacchi
Munera, non illis epula nocuere reposita:
Frondibus, & victu pascuntur simplicis herba.
Pocula sunt fontes liquidi, atque exercita cursu
Flumina: nec somnos abrumpit cura salubres.
Tempore non alio dicunt regionibus illis
Questas ad sacra bubes Iunonis, & uris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.*

Quid labo, aut benefacta iuuant? Si neutrum mortem repellit, nec corporis exercitium, nec mentis religio. Nam si generalis est sententia, secundum Epicureos contra religionem est: si autem tantum ad bouem refertur, hoc dicit. Quid ei prodest labore suo aliuisse mortales? Atque non Massa & Bacchi Munera. Vina pretiola à Massico monte Campania. Et per transitum tangit illa, quæ dicunt physici, morbos venire ex cibi & potus nimietate, vel mutatione, ex nimis viviliis & multa sollicitudine. Dicunque etiam sine his nasci ægritudinem. nam in animalibus cum nihil horum sit, tamen ægritudines cernimus. Epula reposita. Aut abundantes, aut variae. Simplicis herba. Propter varietates epularum dixit simplicis herba. Nec somnos abrumpit cura salubres. Ex cura enim nimis, vigilie procreantur. Et uris Imparibus ductos alta. Bobus agrestibus & ipsis inæ qualibus. Nam vri, agrestes boues sunt, ut diximus supra. Et hoc poetice dicit. Cæterum veritas hec est, Quum mos esset sacerdotem Argiuanam iunctis bobus ire ad tempora Iunonis, & solenni die boues non inuenirentur (pestilentia enim quæ per Atticam transierat, vniuersa consumpserat) duo sacerdotis filii Cleobis & Bito, matrem, subeuntes iugo, ad tempora duxere. Tum Iuno probans eorum religionem, obtulit matri ut quod vellet polceret filiis: illa pia responsive ait, ut quod sciret dea vtile mortalibus, ipsa præstaret. Altero itaque die sacerdotis filii iuvenes reperti sunt mortui. Ex quo probatum est nihil esse morte præstantius. quod Herodotus apud Græcos plenissime commemorat in prima historia. Donaria. Donaria proprie loca sunt in quibus dona reponuntur deorum. Abusue tempora. Nam ita & puluinaria pro templis ponimus, quum sint proprie lectuli, qui sterni in templis, superuenientibus plerisque coniuncti.

*Ergo agrestis terram rimantur, & ipsis
Vnguibus infodiunt fruges: montesque per altos
Contenta ceruice trabunt stridentia planstra.
Non lupus insidias explorat ouilia circum,
Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum
Cura domat. timidi dame, ceruique fugaces,
Nunc interque canes, & circum tecla vagantur.*

Aegre. Difficulter. Rimantur. In rimas agunt. Ipsiis vnguibus. Hyperbolicalis, Id est manibus. Non eternus obambulat. Insidiatur. Quod, autem ait nocturnus, figurata rem temporis, ad personam transluit. Cura domat. Id est pestilentia. Timidi dame. Mutavit genus, ut vitaret eum. Horatius, Et superiecto paucida natans aquore dame. Dicendo damas & ceruos errare cum canibus, duo ostendit, & hos timoris, & illos ferocitatis esse oblitos.

*Iam maris immensi prolem, & genus omne natantum
Littore in extremo, ceu naufragia corpora, fluctus
Proluit: insolitus fugiunt in flumina phoca.
Interit & curuis frustra defensa latebris
Vipera, & attoniti squamis astantibus hydri.
Ipsiis est acer anibus non equus: & illa
Precipites alta vitam sub nube relinquunt.*

Fugiant

A *Fugium in flumina phœcæ. Quasi timentes marinam pestilentiam. Ipsis anibus. Suis quedammodo quæ alarum velocitate supergredi poterant ærem pestilentem.*

*Præterea, nec iam mutari pabulare refert:
Quæstaque nocent artes: cessere magistri,
Phillyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus.
Sicut & in lucem Stygis emissa tenebris
Pallida Tisiphone, morbos agit ante, metumque:
Inque dies audum surgens caput altius effert.
Balatu pecorum, & crebris mugitibus annos,
Arentesque sonant ripe, collesque supini.
Iamque caternatim dat stragem: atque aggerat ipsis
Instabilis turpi dilapsa cadavera tabo:
Donec humo tegere, ac fœcis abscondere discunt.*

B *Refert. Prodest Phillyrides Chiron. Medicinæ inuentor, Saturni & Phillyræ filius. Amythaoniusque Melampus. Amythonis filius, & Ædipus. Id est purgator. Nam Prætidas ipse purgauit lustrationibus quas inuenierat. Hoc dicit, conualescente morbo nec medicinam prodest, nec reliquionem. Arènesque sonant ripe. Vult pestilentiam etiam elementa sentire. sic in tertio, Arebant herbae, & victum ieges ægra negabat. Nam segetem pro terra posuit.*

*Nam neque erat coriis usus: nec viscera quisquam
Aut undis abolere potest, aut vincere flamma.
Nec tondere quidem morbo, illiusque peresa
Vellera, nec telas possunt attingere putres.
Verum etiam inuisos si quis tentarat amictus,
Ardentes papule, atque immundus olenia sudor
Membra sequebatu: nec longo deinde moranti
Tempore, contactos artus sacer ignis edebat.*

C *Nam neque erat coriis usus. Quippe morbo putrefactis. Nec viscera quisquam Aut undis abolere potest. Nec lauari nec coqui poterant. Caro enim corrupta morbo, quandam habet mucorem qui non ablui potest: quoniā omne possidet corpus. Item igni superposita, aut putreficit, aut dureficit: nam non coquitur. Ardentes papule. Id est carbunculi. Immundus sudor. Morbus pericularis, qui est œsueus. Sacra ignis. Quem Græci hec rioni vocant,*

D *Refert. Id est manibus. Non tempori, ad personam
Exortaret lauari. & cum. Ho
erant errare cum canibus.*

E *Refert. Id est manibus. Non tempori, ad personam
Exortaret lauari. & cum. Ho
erant errare cum canibus.*



P. VIRGILII MARONIS.
GEORGICON LIBER IV.

DROTINVS aerij mellis cœlestia dona
Exequar. Hanc etiam Mecenat aspice partem.
Admiranda sibi leuum spectacula rerum
Magnanimosq; duces, totiusque ex ordine gentis
Mores, & studia, & populos, & pralia dicam.
In tenui labor, at tenuis non gloria, si quem
Numina lava sinunt, audique vocatus Apollo.

Protinus aerij mellis cœlestia dona Exequar. Rhetorice dicturus de minoribus rebus magna
promittit, ut & leuem materiam subleuer, & attentum faciat auditorem. Sane perite, quo-
niam scit breue esse opus hoc de apibus, & intra paucos versus posse cōsumi: vius est translatio-
nibus ad dilatandam materiam, dicens apes habere reges, prætoria, vrbes, & populos. Sane sci-
endum, ut supra diximus, ultimam partem huius libri esse mutatam. nam laudes Galli habuit lo-
cus ille, qui nude Orphei continet fabulan, que inserta est postquam irato Augusto Gallus oc-
cisis est. *Protinus. Deinceps, Exinde. Florum agrum Exequar*, sicut sum cæteros executus. *Ae-
rij mellis.* Nam mel ex rore colligitur, qui vtique ex aere defluit. vnde est, *Cœlestia dona.* Id est
mūnus deorū. Ante enim mel inueniebatur in foliis. ut, *Mellaq; decussit folis. Hanc etiam. Sicut*
superiores. *Admiranda tibi leuum spectacula rerum.* Audies ex leuib; rebus digna stupore esse in
apibus, proceres & tanta certamina. *Mores.* Quia castæ sunt, ut Illum adeo placuisse apibus mi-
rabere morem. *Ei studia, vt.* Tantus amor florū & generandi gloria mellis. *Et populos.* Ut binę
regum facies, Ita corpora plebis. *Pralia dicam.* ut Erumpunt portis, concurritur æthere alto. *In*
tenui labor, at tenuis non gloria. Comparatio est laboris, quod magnam dat gloriam si fuerit mate-
ria exilis ornata. *Numina luna.* Prospera. ut alibi, Intonuit leuum. *Audique vocatus Apollo.* Aut
quasi poetam Apollinem inuocat: aut quasi deum pastoralem. Nam Apollo Nomius dicitur.

*Principio sedes apibus, statioque petenda,
Quaque sit ventis aditus (nam pabula venti
Ferre domum probent) neque oves, hædique petulci
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.
Absint & piæti squalentia tergalacerti
Pinguis à stabulis, meropsque, aliaque volucres,
Et manibus Progne peclus signata cruentis.
Omnia nam late vastant, ipsasque volantes
Ore ferunt, dulcem nidis immuibus escam.*

*Principio sedes. Dicit ubi aluearia ponenda sint: in qua re fatis perite, & ea quæ abesse debent ne
noceant apibus: & ea quæ adesse, ut possint prodest, commemorat. Sane quoniam supra ait Ma-
gnanimosq; duces; ideo intulit modo, Sedes, statioque, quam translationem diligenter reseruat.*

Hædique

A Hædique petulci, lascivi, exultantes. Et petulci dicti ab appetendo, unde & meretrices petulcas dicimus. *Pilli terga.* Picta terga habentes. *Pinguibus à stabulis.* Plenis: sicut inanes res, tenues nominamus ē contraria. *Miropsque alaque volucres.* Dicendo, Aliisque volucres, offendit etiam aues esse meropes. Sunt autem virides, & vocantur apiastræ: quia apes comedunt. Et manibus pro gne peclus signata clementis. Nomen poluit pro nomine. Nam Philomela in hirundinem versa est: pro qua Prognem vel quasi sororem posuit, vel quasi eam quæ fuerat illius sceleris causa. Nam ipsa Tereum miserat ad ducentam sororem. *Dulcem nidiis immutibus esam.* Id est crudelibus pullis qui apum morte nutriuntur.

*At liquidi fontes, & stagna virentia musco
Adfint, & tenuis fugiens per gramina riuis.
Palmâque vestibulum, aut ingens oleaster obumbris.
Vt cum prima noui dacent examinare reges
Vere suo, ludetique fauis emissâ iuuentus,
Vicina imiter decadere ripa caloris,
Obui aquæ hospitiis teneat frondentibus arbos.*

Et temuis fugiens per gramina riuis. Supendendum est *Tenuis*, ne incipient esse duo epitheta, quod apud Latinos constat esse vitiosum. *Veresuo.* Sibi grato & aptissimo. *Decadere ripa caloris.* Ut exstis possint aquarum vicinitate vitare.

C *In medium seu stabilit iners, seu profuet humor,
Transuersas salices, & grandia coniice saxa:
Pontibus ut crebris possint consistere, & alas
Pandere ad astrium solem, si forte moranteis
Sparserit, aut præceps Nephuno immerserit Euxui.
Hac circum Casia virides, & olientia late
Serpilla, & graniter spirantis copia tymbra.
Floreat, irriguimque bibant violaria fontem.*

D *In medium. Ordo est, In medium transuersas salices, & grandia coniice saxa. Ponibus ut crebris. Veluti pontibus: nam non sunt pontes. Si forte moranteis. Tarde remeantes ex pascuis. Nepuno immerserit. Deuin pro aquis poluit. Grauter spirantis copia tymbrae. Genus est herbæ abundantis in Phrygia. Graniter autem modo bene, & multum significat: alias male: vt, Aut ubi odor' grauis. Item, Graue olientis Auerni: Violaria. Loca in quibus nascentur violæ.*

E *Ipsa autem seu corticibus tibi futa canariis,
Seu lento fuerint aleuria vimine texta:
Angustos habeant aditus, nam frigore mella
Cogit hyems, eademque calor liquefacta remittit.
Vtraque vis apibus pariter metuenda, neque illo
Nequicquam in teclis cerratim tenuia cera!
Spiramenta linunt, sucoque & floribus oras
Explent; collectaque hec ipsa ad munera gluten.
Et visco, & Phrygia seruant pice lentiis Ide.*

F *Vtraque vis apibus pariter metuenda. Tam calor quam frigoris. Quod licet verumque æquali modo metuendum sit, tamen dissimiliter nocet. Nam calore liquefacta defluunt mella, quæ si fuerint frigore condurata, constrictas apes interimunt. Spiramenta. Exclusi. Alibi, Seu spiracula ditissima. Fucisque. Genus est herbæ, unde ibi guntur vestes. Fuctum autem & flores pro cera posuit quam ex his colligunt rebis. Hæc ipsa ad munera. Ad officia coangustandarum cauernarum. Per visco & Phrygia seruant pice lentiis Ide. Ordo est, Seruant gluten, quod est lentiis & visco, & Phrygia Ide pice. Seruant autem mirè ait: nam pilas quasdam in aliæstibus faciunt, de quibus postea cerea tecta componunt.*

*Sepe etiam effossis (si vera est fama) latebris,
Sub terra fodere larem: penitusque reperta*

Pumicibusque cauis, exesaeque arboris antro.
Tutamen è leui rimoſa cubilia limo
Vngue fouens circum, & raras superiniſce frondes.
Neu proprius tectis taxum ſine, neve rubentes
Vre foco cancros, alte neu crede paludi:
Aut ubi odor cœni grauis, aut ubi concava pulſa
Saxa ſonant, vocis que offenſa reſultat imago.

Si vera eſt fama. Si credendum eſt apes poſſe terras effodere. E leui rimoſa cubilia limo. Alij E: leni legunt. Vnus tamen ſenſus eſt. Nam hoc dicit, Quod illæ nimio labore perſciunt, tu e leui vngue rimoſa, cubilia circum fouens limo, etiam raras frondes ſuperiniſce. Quod ideo fit ne vel limus crepet, vel cauerne aut ſole penetrantur aut frigore. Taxum ſine. Venenatam arborem. Ipſe in bucolicis, Sic tua cyrneas fugiant examina taxos. Mel enim pefſimum exinde giognit. Rubentes cancros. Odore enim ipſo pereunt. Rubentes autem cum vruntur: non quia per naturam ſint huius coloris. Alte neu crede paludi. Ne facile mergantur. Vociſque offenſa. Resonat Echo repercuſſa; quam apes vehementer horrere maniſtum eſt.

Quod ſuperereſt, ubi pulſam hyemem ſol aureus egit
Sub terras, calumque aſtua luce recluſit:
Ille continuo saltus, ſylvasque per agrant:
Purpureoſque metunt flores, & flumina libant
Summa leues: hinc nescio qua dulcedine late
Progeniem, nidōſque fouent: hinc arte recentes
Excudunt ceras, & mella tenacia figunt.

Pulſam hyemem ſol aureus egit. Secundum Physisos: qui dicunt quo tempore hic hyems eſt, ex statem eſſe ſub terris: & verla vice cum hic aſtas, allic hyems. Quod etiam Lucretius exequitur. & trahit in argumentum putealem aquam, quæ aeltate frigidissima eſt: hyeme vero calidissima. Metunt flores. Secant. Vnde & meſſores dieti ſunt. Sanè meto, metis, facit praeteritum perfectum meſſui. Hinc. Ex floribus ſcilicet, ex quibus primo mel, mox pullos efficiunt. Nescio qua dulcedine lete. Quadam arcana ratione naturæ. Mella tenacia figunt. Quia cum inueniſi ſunt favi, mel tamen inde non funditur. Vnde ait Tenacia: quæ in relupinatis fauis cohaerent.

Hinc ubi iam emiſſum caueis ad fydera celi
Narē per aſtatem liquidam ſuſpexeris agmen,
Obſcuramque trahi vento mirabere nubem,
Contemplator: aquas dulcieſ, & frondea ſemper
Tecta petunt: huc tu iuſſos aſperge ſapores,
Trita meliphylla, & cerinthæ ignobile gramen:
Tinnituſque cie, & matris quate cymbala circum:
Ipſe confident medicatis ſedibus, ipſe
Intimamore ſuo ſeſe in cunabula conderit.

Caneis Aluearibus. Aſtatem liquidam ſuſpexeris agmen. Per verſerenum. Contemplator. Pro intuere, nam tempus futurum pro preeſti poſuit ab imperatiuo modo. Aquas dulcieſ, & frondea ſemper. Propter hoc ait ſupra, Et tenuis fugiens per graminariuſ, Palmaque veltibulum. Trīta meliphylla. Varro hanc herbam apiaſtrum dicit in primo libro operis rustici. C. rinthe ignobile gramen. Vile, ubique naſcens. Maris cymbala. Quæ in eius tutela ſunt, ideo quod ſimilia ſunt hemicyclis cœli, quibus cingitur terra, quæ eſt mater deorum. More ſuo. Naturali ratione, cuius cauſa non redditur. Quis enim nouit cur æris ſono redeant in aluearia? licet ipſe paulo poſt dicit, Crepitantiaque æra ſecutæ, Dicitæ cœli regem pauere ſub antro.

Sin autem ad pugnam exierini (nam ſepe duobus
Regibus incessit magno discordia motu)
Continuoque animos vulgi, & trepidantia bello

GEORG. IV.

151

A

*Corda, licet longè præsciscere, namque morantes
Maritus ille aris rauci canor increpat, & vox
Auditur, fractos sonitus imitata tubarum:
Tum trepidæ inter se coeunt, pennisque coruscant,
Spiculâque exacuant rostris, aprantque lacertos,
Et circa regem, atque ipsa ad praetoria densa
Miscentur, magnisque vocant clamoribus hostem.*

*Incessit, Ingruit, inuasit, Alibi, Incessi muros, ignes ad tecta volare. Et incessit regibus, figuratum
est: nam incessit reges dicimus. Trepidamia bello Corda, Alacritate pugnandi: non timore. Alibi,
Exultantique haurit Corda pavor pulsans. Morantes. Tardè incedentes. Fractos. Collisos. Tre-
pidè coeunt. Festinant inter se in aluearibus. Pennisque coruscant. Quemadmodum scuta milites
commouent. Vocant clamoribus hostem. Prouocant.*

*Ergo ubi ver nocte sudum, camposque patentes,
Erumpunt portiis: concurritur: aethere in alto
Fit sonitus: magnum mistæ glomerantur in orbem,
Præcipitesque cadunt, non densior aere grando.
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
Ipsi per medias acies, insignibus alis
Ingentes animos angusto in pectore versant,
Usque adeo obnixi non cedere: dum granis aut hos,
Aut hos, versa fuga victor dare terra coegit.*

*Ver nocte sudum. Serenum post pluuias, ut, Per sudum rutilare vident. Camposque patentes. Idest
per aeren puram & liquidum, non nubibus clausum: & ita aer, campus est apum, ut mare na-
uum, hominum solum. Ipse in quinto, Subtrahiturque solum. Glomerantur in orbem. More bel-
lantium. Non densior aere grando. In aliis enim bellis vici tantum pereunt: in certamine vero
apum etiam vicitrices. Nam dicturus est, Animâque in vulnere ponunt. Tantum pluit ilice glan-
dis. Erit nominatiuus hæc glans, Ingentes animos. Statius. Maior in exiguo regnabat, corpore virtus.
D Homerus, μηδέ ποτὲ οὐδὲν αὐτὸν οὐχ ξεντε.*

*Himotus animorum, atque hæc certamina tanta
Pulueris exigu iactu compressa quiescent.
Verum, ubi ductores acie renocaueris ambo,
Deterior qui visus, eum, ne prodigus obfit,
Dede nec: melior vacua sine regnet in aula.
Alter erit maculis, auro squalentibus ardens:
(Nam duo sunt genera,) hic melior, insignis & ore,
Et rutilis clarus squamis: ille horridus alter
Desidria, latâque trahens inglorius aluum.*

*Pulueris exigu iactu. Quia cum puluere viderint, sperant tempestatem futuram, quæ eis
plurimum nocet. Deterior qui visus. Peior à malo dicitur: deterior à meliore. Prodigus. Non melia
conficiens, sed mella conlumens. Ideo autem regem solum præcipit occidendum quia eo amis-
so suus dissipatur exercitus. Nam vt binæ regum facies, ita & corpora plebis. Squalentibus.
Splendentibus: quod à squamis venit, vt, Squamis auroque trilicem. Nam si à squallore est,
sordidum significat, vt, Squalentem barbam.*

*Vt binæ regum facies, ita corpora gentis,
Namque alia turpes horrent, ceu puluere ab alto
Cum venit: & terram secco spuit ore viator
Aridus: eluent alie, & fulgore coruscant
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
Hec potior soboles: hinc cali tempore certo*

Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum
Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem.

Terram seco spuis ore viator. Aut in terram: aur. re vera terram, propter puluerem, *Paribus lita corpora guttae*. Similibus, id est aureis habentes distincta corpora. Nam lita, est illita, distincta. Postior soboles. Ad mella scilicet procreanda. *Colis tempore orto*. Et cum oriuntur Pleiades, & cum occidunt: id est verno & autumno. Dulcia mella. Non est superfluum epitheton. Nam ideo sit dulcia, quia etiam sunt amara: ut Corsicana, sicut in bucolicis diximus. Liquida. Defecata sine sordibus: non quae fluunt, nam mala sunt. Durum Bacchi domitura saporem. Aptæ mulso. Bene autem ait durum saporem: quia majores vina alperrima mellis dulcedine temperabant.

At cum incerta volant, caloque examina ludunt,
Contemnuntque fauos, & frigida tecta relinquent:
Instabiles animos ludo prohibebis inani:
Nec magnus prohibere labor, tu regibus alas
Eripi: non illis quisquam cunctantibus altum,
Ire iter, aut castris audebit vellere signa.

Frigida tecta. Melle vacua, inoperosa contra, Feruer opus, è contra Terentius: *Nimirum hic homines frigent*. Instabiles animos. Sudentes inaneum vagandi licentiam. *Quisquam*. Subaudi militum: aut certe quisquam de exercitu. *Alium ire iter*. Aut ludendo in altum volare, aut in bella procedere, alias non audebit.

Inuitent croceis balantes floribus horti:
Et custos furum, atque avium, cum falce saligna
Helleponiaci seruet tutela Priapi:
Ipse thymum, spinosque ferens de montibus altis,
Tuta serat late circum, cui talia cura:
Ipse labore manum duro serat, ipse feraces.
Figat humo plantas, & amicos iriger imbre.

Croceis floribus horti. Tam odoris optimi quasi coloris: non enim dicit illic crocuni solum esse debere. *Falce saligna*. Facta de salice: quasi in simulacro ligneo. *Helleponiaci seruet tutela Priapi*. Non dicit Priapum illic esse debere, sed præcipit tales esse hortos: ut mereantur deum habere custodem. Hic autem Priapus fuit de Lampsaco ciuitate Helleponi: de qua pulsus propter virilis membra magnitudinem post in numerum deorum receptus, meruit numen esse hortorum. De hoc Horatius, *Nam fures duxisse coerset*. *Obscurusque ruber porrectus ab inguine patu*: *Ast imporunus volvitur in vertice arundo Terra fixa*. Dicitur autem præesse hortis propter eorum fecunditatem, nam cum alia terra semel creet aliquid, horti nunquam sine fructu sunt. *Ipse thymum*. Diligens rusticus, & cultor hortorum. *Iriegit imbre*. Id est aquas. Iuuenialis, in tenuis plantas facilis diffundatur hauis.

Atque equidem, extremoni iam sub fine laborum
Vela traham, & terris festinem aduertere proram.
Forstan & pingues hortos que cura colendi
Ornaret, canerem: biferique rosaria Pessi:
Quoquo modo potis gauderent intybari iuri,
Et virides apiori pectori usque per herbam
Cresceret in ventrem cucumis: nec sera comantem
Narcissum, aut fleci tacuisse vimen acanthi,
Pallentesque hederas, & amantes litora myrtos.

Vela traham: & terris festinem aduertere proram. Illam allegoriani respicunt qua est vris in primo, Ades, & primi lege littoris oram. Item, Pelago que volans da vela patent. *Pingue hortos*. Fecundatos. *Biferique rosaria Pessi*. Peltum oppidum est Calabria, in quo uno anno bis nascitur rosa. Cresceret in ventrem cucumis. In curuaturam. Ideo autem sic qui per herbam, nam rectus crescit sipendeat. Sane hic cucumis huius cucumis declinatur, sicut agilis, secundum idoneos. Nam neoterici huius cucumeris dixerunt: sicut puluis pulueris. *Nec sera c. n.* Serò flores habentem. *Nanque*

A

Namque sub Oebalia memini me turribus altis,
 Qua niger humectat fluenta culta Galesus,
 Corycum vidisse senem: cui pauca relieti
 Ingeraruris erant, nec fertilis illa iuuensis,
 Nec pecori opportuna seges, nec commoda Baccho.
 Hic rurum tamen in dumis holus, albaque circum
 Lilia, verbenasque premens, vescumque papauer,
 Regum aquabat opes animis; seraque reuertens
 Nocte domum, dapibus mensas onerabat, inemptis.
 Primus vere rosam, atque autumno carpere pomam,
 Et cum tristis hyems etiam nunc frigore saxa
 Rumperet, & glacie cursus frenaret aquarum;
 Ille comam molis iam tum tondebat acanthi,
 Aestatem increpitans seram, Zephyrosque morantes.

Oebalia turritus altis. Oebalia ipsa est Laconia: vnde de Caſfore & Polluce sit Statius, Oebalida fratres. Galesus vero fluuius est Calabriæ, qui iuxta ciuitatem labitur Tarentinam, in qua se hortos optimos vidisse commemorant. Oebalia autem turres ait quas considerant hi qui de Oebalia venerant Nam ut etiam in tertio Aeneidos diximus Lacones diu bello attriti ab Atheniensibus, & inopiam timentes virorum, præceperunt ut virginis eorum, cum quibusunque concumberent, quo facto cum post victoriam iuuenes de incertis parentibus nati erubescerent originem suam (nam & Partheniatae appellabantur) duce Phalanto octauo ab Hercule natigis profecti venerunt ad oppidum Calabriæ, quod Taras Neptuni filius condiderat: & id auctum habitauerunt. Corycum vidisse senem. A Cilicia. Corycos enim ciuitas est Ciliciæ, in qua antrum illud famosum pene ab omnibus celebratum. Et per transitum tangit historiam memoriam a Suetonio. Pompeius enim vicitis piratis Cilicibus, partim ibidem, partim in Græcia, partim in Calabria agros donavit. Vnde Lucanus, An melius fagent piratae magne coloni. Male autem quidam Corycum proprium asserunt esse nomen, cum sit appellatum eius qui more Corycio hortos excoluit. Quod etiam Plinij testimonio comprobatur. Vidisse senem. Ordo est, Memini vidisse, dicimus autem & memini videre. Terentius, Memini videre, quo æquior sum Pamphylo se illam in somnis. Relicti. Deserti atque contempti. Quis enim agrum non sperneret nulli rei aptum, non vitibus, non frumentis vel pascuis? Rarum holus. Id est panicula. Vescumque papauer. Quo vescimur. Nam est aliud lethæum quo non utimur. nam vescas salicum trones alterum dicitur est. Regum aquabas o. a. Bene animis, non potestate: quia regum more cibis non comparatis vtebatur. Frigore s. r. Vnus est enim, ut diximus, effectus & caloris & frigoris. Glacie cursus frenaret aquarum. Mira varietas. Nam supra ait, Concrescunt subita currenti in flumine crustæ. Aestatem increpitans seram. Tarde venientem, quum ille iam eius carperet fructus.

E

Ergo apibus sat is idem, atque examine multo
 Primus abundare, & ſpumantia cogere pressis
 Mellafauis: illi tilia atque uberrima pinus;
 Quotque in flore nouo pomis se fertilis arbos
 Induerat, totidem autumno matura tenebat.
 Ille etiam seras in versum distulit ulmos,
 Eduramque pyrum, & spinos iam pruna ferentes,
 Iamque ministrantem platanum potantibus umbras.
 Verum hoc ipse equidem spatii disclusus iniquis
 Prætereo, atque altis post commemoranda relingo.

F

Ergo apibus sat is idem, atque examine multo. Ne sine causa hortos descripsisse videretur. Illi
 tilia atque uberrima pinus. Illi, uberrima scilicet: Nam per naturam & tiliæ & pinus steriles esse
 dicuntur. Seras, Maiores: quod nimis difficultatis est. In versum. In ordinem. ut, Triplici pubes
 quam Dardana verfu Impellunt. Distulit. Transtulit. Nam mutauit præpositionem. Eduram. Ni-
 mium duram, validam. Et spinos iam pruna ferentes. Prunorum arbor vocatur spinus, genere ma-
 sculino. Nam sentes, has spinas dicimus. Spatii iniquis. Angustis. ut, Spatioque subit Sergelius

iniquo. Et dicit se carminis breuitate constrictum hortos plenius non posse describere. *Alliis.* A
Gargilium Martialem significat.

*Nunc age, naturas apibus, quas Iuppiter ipse
Addidit, expediā: pro qua mercede canoros
Curetū sonitus, crepitantiaque æra secutæ,
Dictæo cœli regem pauere sub antro.
Sole communes natos, confortia teēta
Vibis habent, magnisque agitant sub legibus aūum:
Et patriam solæ, & certos nouere penates:
Ventureque hyemis memores, astate laborem
Experiuntur, & in medium quæstareponunt.*

Naturas apibus quas Iuppiter ipse Addidit. Naturas pro moribus posuit. Addidit autem, aut dedit: aut re vera addidit. Necesse enim est eas etiam ante habuisse mores aliquos proprios. Pro qua mercede canoros. Ordo est, Expediam naturas apum: quæ canoros curetū sonitus crepitantiaque æra secutæ, Dictæo cœli regem pauere sub antro. Pro qua mercede. Id est gratia vel labore. Sole communes natos, confortia teēta Vrbis habens. Nam vt etiam Donatus dicit, tragicum est, & ultra carmen Georgicum si accipiamus, pro qua mercede, exclamationem esse: vt sit pro quanta hoc mercede fecerunt? scilicet vt Iouem alerent: quem Ops Saturni vxor Curetibus, C Coribantibus, & Idæis dactylis custodiendum dedit, in monte Creta Dictæo: ne eum Saturnus consumeret, vt filios omnes solebat. Quod ideo fingitur, quia Saturnus, vt diximus, temporum deus est, quæ in se revoluuntur in æternum. Tunc itaque apes æris secutæ sonum, Iouem melle aluisse dicuntur: pro qua re eis postea præstitit Iuppiter, vt haberent liberos sine ullo concubitu. Sole communes natos, plato in libris quos *nei molinæ* scripsit, dicit amori reipublicæ esse nihil præponendum. Omnes præterea & vxores & liberos, ita nos tanquam communes habere debere: vt charitas sit non libido confusa. Quod præceptum dicit nullum præter apes seruare potuisse. Magnis legibus. Id est æternis, nunquam mutabilibus. Iisdem enim legibus semper utuntur: nec eas, vt homines, sèpe commutant. Nouere penates. Charissima habent. vt Hic inter flumina nota, id est chara. In medium quæstareponunt. Quæstæ & parta in commune conseruant. Ipse D' alibi, In medium quærebant.

*Namque alia viæ inuigilant: & fadere pæsto
Exercentur agris: pars intra septa domorum
Narcissi lachrymam, & lentum de coriace gluten
Prima favis ponunt fundamina, deinde tenaces,
Suspendunt ceras: alia spem gentis adultos
Educunt fœtus: aliæ purissima mella
Stipant, & liquido distendunt neclatae cellas.
Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti:
In que vicem speculantur aquas, & nubila cœli:
Aut onera accipiunt venientum: aut agmine falso
Ignatum fucus pecus à presepibus arcent.
Feruer opus: redolentque thymo fragrantia mella.*

Victui. Fadere. pæsto, vt vicissim in aluearibus, vel in agris laborent. Narcissi lachrymam. Narcissi humorem. Quod autem ait Narcissi lachrymam, illusit ad fabulam: quia, vt diximus, de pueri est conuerlus in florem. Prima canis ponunt fundamina. Græce ἀετοὺς locant, p duriore cera, quæ vix ferro potest frangi, quam colligunt de gummi arborum, & rasis lapidibus, vnde paulo post dicit, Sæpe etiam duris errando in cotibus alas Attribuere. Tenaces ceras. Mella retinentes. Adultos educunt fœtus. Educendo adultos faciunt. Cecidit custodia sorti. Ex forte. Nam aduerbiū est, quod traxit a militia. Legimus enim, Partibus æquabat iustis, aut forte trahebat.

*Ac veluti lenti Cyclopes, fulmina massis
Cum properant, alijs taurinis follibus auras:*

Accipium;

A Accipiunt, redduntque: alijs stridentia tingunt.
 A Era lacu: gemit impositis incudibus AEtna.
 Illi inter se magna vibrchia tollunt.
 In numerum, versantque tenaci forcipe ferrum.
 Non aliter (si parua licet componere magnis.)
 Cecropias innatus apes amor urget habendi.
 Munere quanque suo: grandevis oppida cura:
 Et munire fauos, & Dædala fingere tecta.
 At fessa multa referunt se nocte minores,
 Crura thymo plena: pascuntur & arbuta passim,
 Et glauca salices, casiamque, crocumque rubentem,
 Et pingue tiliam, & ferrugineos hyacinthos:

C *Ac veluti lenti Cyclopes fulmina.* Comparatio ad festinationem pertinens solam. *Cecropias.*
 Id est Atheniensis a rege Cecrope Atticæ, vbi optima mella nascuntur. *In numerum.* in ordinem. *Innatus Institus.* *Vrget.* Premit. *Grandem oppida cura.* Sicut senes muros tueruntur, nec in bella prorumpunt. *Dædala tecta.* Ingeniosa, vt, *Dædala Circe.* *Crocmque rubensim.* Sallustius in historiis ait, *In qua crocm gigintur,* genere neutro secundum artem usus est: hic poëtice masculino, referens ad puerum, qui in hunc florem dicitur esse conuersus. *Ferrugineos hyacinthos.* Ferruginei, id est nigri coloris.

D Omnibus una quies operum, labor omnibus unus.
 Mane ruunt portis: nusquam mora rursus easdem
 Vesper ubi è pastu tandem decadere campis
 Admonuit: tum tecta petunt: tum corpora curant.
 Fit sonitus: mussantque oras, & limina circum.
 Post ubi iam thalamis se composuere, siletur
 In noctem, fessaque sopor suus occupat artus.
 Nec vero a stabulis pluvia impendente recedunt.
 Longius, aut credunt, caelo aduentanibus Euris:
 Sed circum tutæ sub moenibus urbis aquantur,
 Excursisque breues tentant, & saepe lapillos,
 Ut cymbæ instabiles fluctu iactante faburrant,
 Tollunt: his sepe inania nubila librant.

E Corpora curant. Se reficiunt, vt, Fessique & equos & corpora curant. Sane curare corpus, si de hominibus dicimus, & cibo & lauacro intelligimus, vel alterutro: si de apibus, tantum cibo accipimus. *Sopor suus.* Ipsius aptus, nam ideo suus quia altum desinunt pro natura mellis, vt ipse alibi: melle soporatis frugibus offam. Sed melius, suus, pro exiguitate corpusculi sui. *Aut credunt caelo.* Scilicet suos volatus. *Aquantur.* Aquam hauriunt ex vicino. *Instabiles.* Fluctuant, id est jactante fluctu, stabiles ne sint.

F Illum adeo placuisse apibus mirabere morem,
 Quod nec concubitu indulgent: nec corpora segnes
 In venerem soluunt, aut foetus nixibus edunt:
 Verum ipsæ e foliis natos & suauibus herbis
 Ore legunt, ipsæ regem, paruosque quirites
 Sufficiunt, aulasque, & cerea regna resigunt.
 Saepè etiam duris errando in coribus alas
 Attriuere, ultroq; animam sub fasce dedere:
 Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
 Ergo ipsas quanuis angustus terminus eui.
 Excipiat (neque enim plus septima ducitur astus)
 At genus immortale manet: multosque per annos

Stat fortuna domus, & avi numerantur auorum.

Concubitu. Pro concubitu. Nam indulgeo illi dicimus. Nec corpora segnes. In venerem solunt. V
Id est, in libidinem non resoluuntur. Persius, Ille in Venerem puris Nixibus. Partibus, à nitendo.
Vnde & enixa dicimus. Refigunt. Figunt. Sub fascie. Sub onere. vt, In iusto sub falso viam, dicit Ci-
cero. Tantus amor florum. Supra de equis. Tantus amor laudum. tantæ est victoria curæ. At genus
immortale manet. Genus manet, scilicet per successionem. Domus. Familia. vt, Da propriam
Tymbræ domum.

Praterea regem non sic Egyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Obseruant: rege incolui; mens omnibus una est:
Amissis, rupere fidem: constructaque mella
Diripiunt ipse: & crates soluere fauorum.
Ilio operum custos: illum admirantur, & omnes
Circunstant fremitu denso, stipantque frequentes:
Ei sape attollunt humeris, & corpora bello
Obiectant pulchramque petunt per vulnera mortem.

Medus Hydaspes. Fluuius Mediae. De his autem gentibus Salustius dicit, Adeo illis ingenita est
sancitas regi nominis. Quas tamen apes dicit amore circa regem superare Virgilium. Obseruantur.
Venerantur. Alias obseruare est callide aduertere. Terentius, Obseruit, filium, quid agas quid cum
illis consilij capter. Mens omnibus una est. Id est concordanter operantur & viuunt. Div phere ipsa.
Quæ etiam ipsæ animam colligendo melle impendere consueverunt, vt, Ultraque animam sub
falso dederunt. Stipantque frequentes. Quasi quodam satellitio ambiunt. Saepè attollunt humeris.
Aetate scilicet fessum. Putram mortem. Gloriosem: quippe quæ pro rege suscipitur. Traxit au-
tem hoc de Celtiberorum more, qui vt in Salutio legimus, se regibus deuouent, & post eos vi-
tam refutant.

His quidam signis atque hec exempla secuti,
Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus
Æthereos dixerunt: Deum namque ire per omnes
Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum,
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque sibi tenuis nascentem arecessere vitas:
Scilicet bucreddi deinde, ac resoluta rescripsi.
Omnia: nec morti esse locum, sed vina volare.
Syderis in numerum atque alto succedere calo,

His quidam signis atque hec exempla secuti. Locum hunc plenius est executus, in sexto, quem
hoc loco breuiter colligit, vt probet etiam apes partem habere diuinitatis. Nanque omnia ani-
malia ex quatuor elementis & diuino spiritu constare manifestum est. Trahunt enim à terra
carnem, ab aqua humorem, ab aere anhelitum, ab igne feruorem: à diuino spiritu ingenium.
Quod quia est in apibus sicut etiam in hominibus (nanque metuunt, et priunt, dolent, gaudent;
quæ probant ex his quæ faciunt: dimicant enim, colligunt flores, prouident pluias) fateamur
necesse est etiam apes partem habere diuinitatis. Vt autem hoc exemplis, id est rebus similibus
comprobaret, Lucretium lecutus est: qui dicit ea quæ inter se probare non possumus, à similibus
comprobanda: ventumque docet esse corporalem, non quod eum tenere vel cernere pos-
simus, sed quod eius simili aquæ effectus est, quasi corporalem esse manifestum est. Haustus æ-
theros. Diuinos spiritus. Deum namque ire per omnes. Ipse in sexto, Cœlum ac terras campoque
liquentes Spiritus intus alit. Lucanus, Iuppiter, est quod euangelio videlicet quecumque, mox erit. Hinc pecu-
des. Hinc, id est ex deo, ex diuino spiritu sumunt omnia: cum nauci cooperint, vitam: cœterum
corpus ex quatuor elementis est, vt diximus. Scilicet hic reddi. Sine dubio etiam cuncta dissolvi
& redire rursus in originem suam necesse est. Locum morti. Id est perditioni. Nihil est enim quod
perire funditus possit, cum sit nō nullus, id est omne in quod redeunt vniuersa resoluta. Res autem
hæc quæ mors vocatur, non est mors: quippe quæ nihil perire facit, sed resolutio. Vnde mire à
plerisque bene interitus dicta est, quasi interueniens, & mistarum rerum connexionem resol-
uens. Lucretius: Continuo hoc mors est illius quod fuit ante connexio.

Si quando

A

*Siquidem sedem augustam, seruataque mella
Thesauro relines, prius haustus parsis aquarum
Ore fone, fumosque manu praterde sequaces.
Bis grauidos cogunt fatus: duo tempora messis.
Tayete simul os terris ostendit honestum
Pleias, & Oceanis pretos pede reppulit amnes:
Aut eadem sydus fugiens ubi piscis aquos,
Trifior hibernas caelo desident in undas.*

*Si quando sedem augustam. Id est alueari. Et proprio Augustum est tectum augurio consecra-tum. Abusus nobile, quasi maiestatis plenum. *Thesauros.* Id est repositibus: ac si diceret apo-theesis. *sparsus.* Spargens. Participium et pro participio. *Ore fone.* Ipso hausto scilicet. Et hoc di-cit. Spargendo aquam imitare pluianum. Alio ore faue legunt, ut sit tace. etiam ipse in quinto. O-re fauete omnes. Horatius. *Fauere lings.* Fumosque manu pretendere. Fumum etiam praeter. Qui-bus rebus cum territae illae discesserit. impune poteris mella colligere. *Fumos sequaces.* Quippe apum persecutores. vt Malexque lequacibus vndis. *Bis* grauidos cogunt fatus. Gemina est fecun-ditas mellis. *Duo tempora messis.* Id est fructus. Iuuenialis, Veram depredare messem. *Si* libet. *Tayete simus os.* Tayete una est de Pleiadibus septem, ut autem etiam supra diximus, bis mel præcipit colligendum, orientibus Pleiadibus, id est verno: item quum occidunt, autumnali scilicet tem-pore. *Oceani amnes.* Homeris est, *magis* a reuerso etiam. Amnes autem bene ait, quia in morem flumi-nis eius fluente reditura prorumpunt. *Aus eadem sydus.* Australiem piscem significat, qui aquarij vndam ore suscipit. Vnde & *Aquos* addidit. Tunc enim pisces hic oritur quo tempore Pleiades occidunt. *Trifior.* Vel propter occulum, vel propter propinquantem iam hyemis asperitatem.*

D

*Illi rama modum supra est: lesaque venenum
Morsibus inspirant, & spicula caca relinquunt
Affixa venis, animaque in vulnere ponunt.
Sin duram metues hyemem, parcsque futuro,
Contusosque animos, & res miserabere fractas:
Aut suffire thymo, cerasque recidere inanes
Quis dubiter? nam saepe fauus ignotus adedit
Stellio, lucifugis congesta cubilia blattis:
Immunisque sedens aliena ad pabula fucus:
Aut asper crabro imparibus se immiscit armis:
Aut durum tineat genus: aut inuisa Minerue
In foribus laxos suspendit aranea casses.
Quo magis exhauste fuerint, hoc acruis omnes
Incubent generis lapsi sarcire ruinas:
Complebuntque foros, & floribus horrea texent.*

E

*Illa ira modum supra est. Excédunt modum. nam cum suo interitu irascuntur. *Spicula caca.* Brevia, quæ poslunt latere. In vulnere ponunt. Non suo sed à se illato. & Amphibolicas, dictum est, ut cum Turni iniuria matrem admonuit, quam inferebat: sed non quam inferebant validiores. Item Salustius. *Iniuria validorum.* scilicet quam inferebant validiores. Parcs futuro. Scili-cet tempore. *Contusos animos.* Confractos. *Res miserabere fractas.* Id est afflictas. *Suffire thymo.* Id est fumigare: ut exinde inimica illis animalia fugiant. *Cerasque recidere inanes,* dum sine melle sunt ceræ. hoc dicit, si nihil habuerint in aluearibus vel te tollente, vel ex edentibus prauis ani-malibus, apibus minutatim inclam ceram ministrâ, *Stelliones vero & cætra, thymi fumo ab eis* repelle. *Ignos.* Ignobilis, vel ex improviso veniens. *Audit.* Consumpsit. *Lucifugis blattis.* Per noctem vagantibus. *Immunisque fucus.* A labore scilicet: ventri tantum indulgens. *Imparibus ar-mis.* In æquali consilio. Nam apes laborantes consumit. Alibi, Et querere conscius arma. Id est consilium. *Foribus suspendit aranea casses.* Virgilii quidem confundit: tamen sciendum maiores animal ipsum masculino genere appellasse, hic araneus: retia vero que faciunt, foeminino. *In-uisa Minerue.* Ideo ait Minerue inuisa, quod ab ea in hoc animal puella Lydia commutata est, cum deam lanificio prouocasset inferior.*

Si vero quoniam casu apibus quoque nostros
 Vita tulit, tristi languebunt corpora morbo:
Quod iam non dubius poteris cognoscere signis:
 Continuo est agris alius color: horrida vultum
 Deformat macies: tum corpora luce carentum
 Exportant tectis, & tristia funera ducunt:
Aut illa pedibus connexa ad limina pendet:
Aut intus clausis cunctantur in adibitu omnes,
 Ignavaeque fame & contracto frigore pigre.
Tum sonus auditur grauior, tractimque susurrant:
Erigidus ut quondam sylvis immurmurauit Auster,
Vt mare sollicitum strides refuentibus undis,
Aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis.
Vita tulit. Vitæ longitudine, morborum creatrix. Sic in Burolicis, O Lycida vini peruenimus.
Alius color. Id est pallidus, quia dixit supra, Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis. Funera ducunt. Cum exequiali scilicet pompa. Et ducere, proprie funerum est. Perhuius, Nero iam terita ducitur uxor. Pedibus connexa. Hinc multi dictas apes volunt, quod se pedibus inuicem tenent: licet crebrior sit illa opinio, quod sine pedibus primo esse dicatur. vt, Trunca pedum primo. Traditum. Sine intermissione iugiter. Frigidus ut quondam sylvis immurmurauit Auster. Tres comparationes singulis impletæ versiculis de Homero translatae sunt, quas ille binis versibus posuit.

Hic iam Galbaneos suadebo incendere odores,
 Mellaque arundineis inferre canalibus utro
 Hortantem, & fessas ad pabula nota vocantem.
 Proderit & tonsum gallæ admiscere saporem,
 Arentesque rosas, aut igni pinguis multo
 Defracta, vel psynthia passos de vite racemos,
Cecropiumque thymum, & graue olentia centaurea.

Hic iam Galbaneos. Id est cum hic processerit morbus, galbanus incendenda est, non ut supra dixit, thymus, mel etiam in aluearia medicatum, tamen inferendum: non ut supra ceræ inanes, Gallæ saporem. Multi pilas cyparissi accipiunt. Est etiam flos in pratis. Plene hanc herbam, ut etiam supra, arborem felicis mali exequitur. Nam dicit ubi creetur, qualis sit, quid possit.

Est etiam flos in pratis, cui nomen amello:
 Fecere agriculti: facilis quarentibus herba:
Namque imo ingentem tollit de cespucis syluanum:
Aureus ipse, sed in foliis, que plurima circum
 Funduntur, viola sublucet purpura nigra:
Sepe deinde nexas ornat & torquibus aræ:
Aasper in ore sapor: tonsis in vallibus illum
Pastores, & curua legunt prope flumina Mella:
Huius odorato radices incoque Baccho:
Pabulaque in foribus plenis appone canistris.

Aureus ipse. Flos scilicet. Violæ sublucet purpura nigra. Mire ait sublucet: vt ostendat purpurei coloris folia quadam virore esse perfusa. Tonsis in vallibus illum. Non syluosus. Vnde est contra, Intonsi montes. Prope flumina Mella. Mella fluuius Gallæ est, iuxta quem herba hæc plurima nascitur. Vnde & Amello dicitur, sicut etiam populi habitantes iuxta Lemannum flumine Almani dicuntur. Lucanus, Deferuere cauo tentoria fixa Lemanno.

Sed si quem proles subito defecerit omnes:
Nec genus unde non stirpis reuocetur, habebit.

Tempus

A

Tempus & Arcadi memoranda inuenta magistri
 Pandere, quoque modo cæsis iam sepe inuencis
Insyncer apes tulerit crux: altius omnem
 Expediam, prima repetens ab origine famam.
 Nam, qua *Pellæi* gens fortunata *Canopi*
 Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,
 Et circum pictis vehitur sua rura phæclis,
 Quaque pharetrate vicinia Persidis urget,
 Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena,
 Et diuersa ruens septem discurrit in ora,
 Usque coloratis amnis deuenus ab Indis:
 Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.

B

Sed si quem proles sibito deficerit omnis Miro vius est ordine. Nam primo ait quemadmodum animalia apibus inimica pellenda sint: deinde quibus medicaminibus morbo possit carere. nunc dicit penitus amissæ qua possint ratiōne reparari. Tempus. Subaudi est nunc. Arcadij magistri. Ariſtæi. Cæsis inuenci. Verberibus occisis. Bono autem sermone vius est: nam cædi interdum occidi, interdum verberari significat. *Insyncer* crux. Vitiatus, corruptus. Nam ideo verberantur ut ex putrefacto crux cretur, vnde apes sint. Alius enim *Expediam*. Contra in Aeneide, sed summa sequar fastigia rerum. Sane sciendum Plinium dicere de bobus apes, de equis crabones, de mulis fucos, de asinis vel pas procreari. *Pellæi Canopi*. Canopus ciuitas est iuxta Alexandria, quam Alexander condidit instar chlamydis lux: qui fuit de ciuitate Macedonie que Appella nominatur. Canopus autem dicta est quasi canobus, à Canobo Menelai gubernatore illic sepulto. *Phæclis*, Breuibus nauiculis quibus vtuntur cum stagnauerit Nilus. *Nigra fœcunda* arena, Nouum enim lēper limum trahit, qui efficit fœcunditatem. Vnde & Nilus dictus est quasi nra īndus, id est trahens. Nam antea Nilus latine Melo dicebatur. Iacit saluem: iacit pro habet, & ponit apum reparandarum salutem. Cicero, *Iacta sunt fundamenta defensionis meæ.*

C

Exiguus primum, atque ipsos contractus in usus
 Eligit uerlocus, hunc angustique imbrice recti,
 Parietibusque premunt arcti: & quatuor addunt
 Quatuor a ventis obliqua luce fenestras.
 Tum vitulus bima curuans iam cornua fronte
 Quaritur: huic gemina nares, & spiritus oris
 Multa reluctanti obstruitur: plagiisque peremptio
 Tunsa per integrum soluuntur viscera pellem.
 Sic positum in clauso linquunt: & ramea costis
 Subiiciunt fragmenta, thymum, casasque recentes.

Ipsos contractus. Ad sustinendum tantum & coarctandum bouis cadaver. Angustique imbrice recti. Licet & hic imbrex lectum sit, melius tamen secundum Plautum, hæc imbrex dicimus: Nanque ait, Fregisti imbrices meas num te dignam sc̄tari simiam. Oblīqua luce fenestras. Quæ ex oblique lumen infundunt, vt in horreis cernimus. Multa reluctanti. Pro Multum, nomen est pro adverbio. Soluuntur viscera pellem. Liquescant & putrefiant. Rama fragmenta. De ramis fractis, id est fragmina ramorum. Dicimus autem & hic tamus & hoc tamale. Persius, Ut ramale u:ta. Casasque recentes. Statim captas.

D

Hoc geritur Zephyris primum impellenibus vndas,
 Ante nouis rubeant quam prata coloribus, ante
 Garrula quam tignis nidum suspendat hirundo.
 Inter ea teneris tepefactus in ossibus humor
 Estuat, & visenda modis animalia miris,
 Tranca pedum primo, mox & stridentia pinnis,
 Miscentur, tenuemque magis, magis aera carpunt:

Donec, ut astinus effusus nubibus imber.
Erupere, aut ut nero pulsante sagitta,
Primalues ineunt sanguis prelia Parthi.

A

Zephyris primum impellentibus undas. Incipiente vnda, vult hoc sub occasum hyemis fieri. Teneris ut pefatius in offibus humor. Vt pote bimi vituli in quo plurimum feruentis eit sanguinis. Vienda modis animalia miris. Et quod ex cadavere natuntur animalia, & quod apes ex vermis procreantur. Trunca pedum. Id est sine pedibus. Et beae addidit primo. Nam postea tam pinnas quam pedes accipiunt. Pinnis miscentur. Inter se pinnarum levitate conuenient.

Quis deus hanc, Musa, quis nobis excudit artem?
Vnde noua ingressus hominum experientia coepit?
Pastor Aristaeus fugiens Peneia tempe,
Amisis (ut fama) apibus, morboque fameque,
Tristis ad extremi sacrum caput astitit annis,
Multa querens: atque hac affatus voce parentem,
Mater Cyrene, mater, qua gurgitis huius
Ima tenes: quid me praelata stirpe deorum
(Si modo, quem perlibes, pater est Tymbræus Apollo.)
Inuisum fatis genuisti: aut quo tibi nostri
Pulsus amor: quid me cœlum sperare iubebas?
En etiam hunc ipsum vita mortalis honorem,
Quem mihi vix frugum, & pecudum custodia solers
Omnia tentanti extuderat: te matre relinquo.

B

Exulit Studiose repperit. Ingressus. Exordia. Nonna experientia. Nullo docente, ars per usum reperita Pastor. Aristaeus. Filius fuit Apollinis & Cyrenes filia Penei fluminis Thessalæ: qui cum Eurydicen nympham vxorem Orphei vitiare voluisse, & illa fugiens à serpente fuisset occisa, Nymparum iracundia cunctis animalibus perditis funditus & cunctis apibus, matris auxilium petiit. Extremi annis. Id est summi, vnde nascitur, & sic dicimus. Proh iupreme Iupiter, id est summe. Mater Cyrene, mater. Inuidiosum est nomine parentes vocare. Vnde est paulo post, Et te, erudelem nomine dicit. Sic in duodecimo in desperatione ait. Ruitque implorans nomine Turnum. Gurgitis huius. Id est Penei fluminis. Inuisum fatis genuisti. Si natus ex diis, inuisus est fatus. Sic in primo Æneidos, Nos tua progenies cœli quibus annuis arcet. Item. Quis te nate dea per tanta pericula catus Insequitur? Vita mortalis honorem. Bene honorem ait, quia arare, animalia pacere, apes etiam habere, erat honor. Nam in ingenti honore fuit rusticitas. Alibi, Non ullus Aratro Dignus honor. Custodia solers. Diligens & perita industria. Te matre relinquo. Ac si diceret. Sub ea perdo usum laboris, iub quo augere debueram.

C

Quin age, & ipsa manu fœlices erue sylvas:
Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes:
Vresata: & validam in vites molire bipennem:
Tanta mea sita ceperunt tadia laudis.
At mater sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit: eam circum Milesia vellera nymphe
Carpebant, hyal: saturo fucata colore,
Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllocoque:
Cesariem effusa nitidam per candida colla,
Nesacq; Spioque, Thaliaque, Cymodoceque,
Cydippe, & flava Lycorias, (altera virgo:
Alteratum primos Lucina experta labores,)
Clioque, & Beroe soror, Oceanitides ambe,
Ambe auro, pectis incincta pellibus ambe,

D

Atque

A Atque Ephyre, atque Opis, atque Asia Deiopea,
Et tandem positus velox Arethusa sagittis.

Fætices. Fertiles. Fer. Infer. Interfice missi. Secundum Pythagoram, qui habere animam dicit cuncta crescentia. Vnde & alibi Aret ager virtus moriens. In vites. Contra vites. Molire bipennem. Ut eas succidas. Tædium est angor mentis & animi, non corporis inquietudo. Solitum thalamo sub fluminis ali. Cur non etiam vocem audivit? Scilicet quia in ima fluminis parte erat, Janiculus occupata. Milesia uilla nymphæ. Pretiosa. Cicero, Nam quid à Milesiis lanae publicæ obstuleris? Hyali sauro fucata colore. Vitreo, viridi, nymphis apto. Satura autem Largo, abundantis; aut certe Tarentino, ab oppido Satureo, iuxta Tarentum enim sunt baphia, in quibus tingitur lana Drymoque. Xanthoque. Hæ sunt, ut multi volunt, de quibus ait Luno, Sunt mibis (eprem præstanti corpore nymphæ. Sed magis poetice conficta nomina accipiamus. Sane mira varietate usus est: nam ne continuatio nominum posset creare fastidium, in aliis habitum, in aliis commemorat virginitatem, in aliis pulchritudinem. Pittis incinctæ pellibus ambe. Nebridas habentes, sed hic venaticum est habitus: quem ideo Nymphis dat, quia mulras eas legimus ex venaticibus factas. vt, Et tandem positus velox Arethusa sagittis. Notanda autem est figura honestissima facta ex repetitione sermonis. vt, Oceaniidæ ambe, Ambæ auro pittis incinctæ pellibus ambe.

Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Marsisque dolos, & dulcia furtæ:
Atque Chao de, sors diuinum numerabat amores,
Carmine quo capia dum fuis mollia pensa
Deuoluunt: iterum maternas impulit aures
Lucius Aristei: vitresque sedilibus omnes
Obstupere, sed ante alias Arethusa sorores
Prospiciens, summa flauum caput oculuit unda,
Et procul: O gemitu non frustra exterrita tanto,
Cyrene soror, ipse tibi tua maxima cura
Tristis Aristeus Penet genitoris ad undam
Stat lacrymans, & te crudelem nomine dicit.

Curam inanem. Definitio est amoris. Vulcani Marsisque dolos. Secundum Donatum hic est distinguendum: vt Dolos ad Vulcanum: Furtæ dulcia, id est adulterium, referamus ad Martem: Scimus enim quod Sole indicate, Mars cum Venere reprehensus est, & per artem Vulcani est religatus catenæ. Atque Chao. Et à Chao narrabat crebros amores deorum. Summa flauum caput excutit unda. Mire per transitum veritatem tetigit. Namque Arethusa fons dulcia fluenta inter medios habet fluctus, Cyrene soror. Propter similitudinem potestatis, ait soror. Nam Cyrene, Thestalia: Arethusa vero de Elide. Tua maxima cura. Quem plurimum diligis. Penet genitoris ad undam. Aut tui, genitoris aut honoris est. vt, Tybri pater.

E Hinc perculsa noua mentem formidine mater,
Duc age, duc ad nos, fas illi limina diuinum
Tangere, ait: simul alta iubet discedere late
Flumina, quia innenis gressus inferre: at illum
Curvata in montis faciem circumsterit unda:
Accepti que sinu vasto, misitque sub annem.

Noua formidin: mater. Magna. vt, Polio & ipse facit noua carmina. Fas illi limina diuinum Tangere.
Vtique enim deo parente nascetur, ideo fas tangere ait.

F Iamque domum mirans genitricis, & humida regna,
Speluncisque lacus clausos, lucosque sonantes,
Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum,
Omnia sub magna labentia flumina terra
Spelletabat, diversa locis, Phasimque, Lycumque:
Et caput, unde altus primum se erupit Enipeus:
Vnde pater Tyberinus, & vnde Aliena fluente,

Saxosumque sonans Hypanis, Myssusque Caicus,
Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus, quo non aliis per pinguis culta
In mare purpureum violentior irfluit amnis.

Speluncisque lacus clausos. Mirans, per omnia subaudimus. Lacus autem dicit fontium & fluviorum receptacula. Hæc autem non sunt per poeticam licentiam dicta, sed ex Ægyptiis tracta sunt sacris: nam certis diebus in sacris Nili pueri de sacris parentibus nati, à sacerdotibus nymphis dabantur: qui cum adoleverint, edditi narrabant lucos esse sub terris, & immensam aquam omnia continentem, ex qua cuncta procreantur. Vnde est illud secundum Thaletas, Oceanumque patrem rerum. *Phasisque*. Fluvius Colchidis. *Lycumque*. Fluvius Asis. *Euipus*. Thessalia fluvius. Pater *Tyberinus*. Tyberis & Annio Italie sunt fluvij. *Saxosumque sonans Hypanis*. Ponti fluvius. Et saxum legendum est, non saxosus, ne sit duo epitheta: quod apud Latinos vitiosum est. *Myssusque Caicus*. Qui per Myssam labitur. *Eridanus*. Fluvius Italie, qui & Padus vocatur. Purpureum autem nigrum ex altitudine accipimus. Nam Padus non in Rubrum mare, sed iuxta Rauennam in Adriaticum cadit. Et purpureum Grœcum est epitheton: mare rubrum etiam dixit Homerus, *εἰς τὸν πορφύραν*. Vnde apparent Victorinum hoc loco errasse, qui purpureum mare rubrum esse dixit, quod est iuxta Indianam.

Postquam est in thalami pendentia pumice testa
Peruentum, & nati fletus cognouit inanes
Cyrene, manibus liquidos dant ordine fontes
Germanæ tonsisque ferunt mantilia villis.
Pars epulis onerant mensas, & plenareponunt
Pocula: Pancheis adolescenti ignibus are.
Et mater, Cape Meonij Carchesia Bacchi:
Oceanolum libemus, ait. simili ipsa precatur
Oceanumque patrem rerum, nymphasque sorores,
Centum que syluis, centum que fluminis feruant.
Ter liquido ardente perfudit nectare vestem:
Ter flamma ad summum testi subiecta relaxit.
Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa.

Fletus inane, His enim mouebantur rebus, quarum erat facilis reparatio, ideo inane dixit. Dam ordin: fontes. Rite secundum ordinem epularum. Mantilia. Quibus manus terguntur. Plena reponunt Pocula. Iterant, lepe offerunt. Pancheis adolescenti ignibus are. Id est ture. Arabicis odoribus. Adolescenti autem pro incenduntur. *καὶ οὐ πυρόν*, ponitur. Meonij Bacchi. Lidij vini. Carchesia autem pœculorum sunt genera. Oceanum libemus, ait. Quasi Nympha Oceano sacrificat, Oceanumque patrem. Secundum Thaletas, ut supra diximus. Centum que syluis, centum que fluminis feruant. Aut ducentas esse dicit: aut finitus est numerus pro infinito. Perfadii nectare vestem. Id est in ignem vinum purissimum fudit: post quod quia magis flamma conualuit bonum omen ostendit.

Est in Carpathio Neptuni gurgite vates
Caruleus Proteus: magnum qui piscibus æquor,
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathia portus, pairiamque reuist
Pallenens: hunc & nymphe veneramus, & ipse
Grandævus Nereus: nouit namque omnia vates,
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.
Quippe ita Neptuno visum est, immania cuius
Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas.

Est in Carpathio Neptuni gurgite vates. Carpathos, insula contra Ægyptum, à qua vicinum pelagus Carpathium appellatum est. Hic aliquando regnauit Proteus relicta Pallene ciuitate Thessalia, ad quam tamen reuersus est postea: quod ostendit hoc loco, dicens, Patriamque reuist Pallenens.

A Pallenem. *Magnum qui pescibus agor.* Equi enim marini prima parte equi sunt, postrema resoluuntur in pilos. *Quae sine que fuerint.* ut Homerus, *et nō dū quādū tū tū rī iorūpā, wēt' iorū.* Ita *Nepturno.* Vbi deest ratio, sic loquitur. Nam ita & in tertio dixit, *Sic vilum superis. quum præmisisset immeritam. Armenta & turpes phocas, Magnas, vt. Cui turpe caput. Phoca sunt boves marini.*

*Hic tibi nate prius vinclis capiendus: ut omnem
Expediat morbi causam, carentisque secundet.
Nam sine vi non villa dabit precepta, neque illum
Orando flectes: vim duram, & vincula capto
Tende: doli circum haec demum frangentur inanes.
Ipsa ego te, medios cum sol accenderit astus,
Cum situnt herbae, & pecori iam grattior umbra est,
In secreta sensi ducam: quosefus ab undis
Se recipit: facile ut somno aggrediare iacentem.*

C *Expediat morbi causam: carentisque secundet.* Duo enim ista requiruntur in oraculis, causa mali, & remedium. *Sin: vi non villa dabit precepta.* Ne eum speraret posse precibus flecti. *Doli circum haec demum.* Circa vineula nouissime eius desinent doli, id est formarum varietates: cuius figura-
tum physicam volunt esse rationem: nam homo habet in se libidinem, stultitiam, ferocitatem,
dolum: quae dum in eo vigent, pars illa quae vicina diuinitati, id est prudentia non appetat: quae
tunc potest suas vires tenere cum fuerint illa religata, id est cum quis caruerit omnibus vitiis.
Vnde sacerdotem hunc dicit posse vaticinari, & fuscipere diuinitatem, cum religata in eo fue-
rint ignea cupiditas, fuliginea asperitas, lapsusque animi aquarum mobilitati similis. *Medios cum
sol accenderit astus.* Fere enim numina tunc videntur. *Lucanus, Medio cum Phabus in axe est,* Aut
calam nox atra tener: tunc ipse sacerdos *Accessum dominumque timet depredare luci.* In secreta sensi du-
cam. Fere omnes dij marini senes sunt. Albeit enim eorum capita spumis aquarum.

E *Verum ubi correptum manibus, vinclis querere nibis:
Tum variae illudent species, atque oraferarum:
Fiet enim subito sus horridus, atque tigris,
Squamosusque draco, & fulua cervice leana:
Aut acrem flamme sonitum dabit, atque ita vinclis:
Exciderit: aut in aquas tenues dilapsus abibit.
Sed quanto ille magis formas se vertet in omnes,
Tanto nate magis contendit tenacia vincla:
Donec talis erit mutato corpore, qualis
Videris, incepto tegeret cum lumina somno.
Atra tigris. Id est leua. Tanto nate magis.*

B *Hec ait: & liquidum ambrosie diffudit odorem,
Quo totum nati corporis perduxit: at illi
Dulcis compositis spiravit crinibus aura,
Atque habilis membris venit vigor. Est specus ingens
Exesi latere in montis: quo plurima vento
Cogitur, siue sinus scindit se se unda reditost:
Deprensis olim statio tutissima nautis.
Intus se vasti Proteus tegit obice saxi.
Hic iuuenem in latebris auersum a lumine nympham
Collocat: ipsa procul nebula obscura recessit.*

*Liquidum ambrosie diffudit odorem. Vixit eum: quo posset esse videndi ut minus capax. Habilis.
Vegetabilis. Specus ingens. In singulari numero hoc specus, in plurali hi specus dicimus. Depren-
si. Periclitantibus. Tegit. Tegere consuevit. Nam tunc illic non erat. Obice. Objectione. Et*

melius hic obex, quam hæc obex dicimus. Aversum à lumine. Paululum obliquum à lumine. Et A sciendum Proteum temporalem suscipere diuinitatem, alioquin potuit Aristæum cognoscere latitatem.

Iam rapidus torrens sítientes Sirius Indos
Ardebat cœlo, & medium sol igneis orbem
Hauferat: arebant herba, & caua flumina siccis
Faucibus ad limum radij tepefacta coquebant:
Cum Proteus consuetus petens è fluctibus antra
Ibat. cum vasti circum gens humida ponti
Exultans, rorem late dispergit amarum.
Sternunt se somno diuerso in littore Phoca.
Ipse (velut stabuli custos in montibus olim,
Vesper ubi è pastu vitulos ad tecta reducit:
Auditique lupos aciunt balatibus agni)
Consedit scopulo medius, numerumque recenset.

Iam rapidus. Hic distingendum propter duo epitheta. Sirius autem stella est in ore Canis, per quam nimios æstus accipimus. Sítientes Indos. Populos subsolanos. Caua flumina. Alta. Lucanus, Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno.

Cuius Aristæo, quoniam est oblata facultas,
Vix defessa senem passus componere membra,
Cum clamore ruit magno, manicisque iacentem
Occupat, ille sua contra non immemor artis,
Omnia transformat se in miracula rerum,
Ignemque, horribilemque feram, fluuiumque liquentem.
Verum ubi nulla fugam reperiit fallacia, virtus
In se eredit: atque hominis tandem ore locutus:
Nam quis te iuuenum confidentissime nostras
Iussit adire domos: quid ve hinc petis: inquit. at ille:
Scis Proteu, scis ipse: neque est te fallere cuiquam.
Sed tu desine velle, deum precepta secuti
Venimus huc, lapsis que situm oracula rebus.

Vix defessa senem passus componere membra. Auditatem exprimit tenere cupientis. Vnde eum contra matris preceptum cito in Proteum impetum fecisse dicit, per quod incontinentes animos hominū docet poeta. Hominis ore. Humana scilicet voce. Nam quis te iuuenum confidentissime nostras. Id est quinam. Hodie enim Nam particula postponitur: antea præponebatur. Terentius in Phormione. Nam quæ est hæc anu à fratre egessa meo? Proteu vocatus Græcus est, vt Orpheu. Fallere cuiquam. Alij quicquam legunt. Hoc autem dicit, Quum omnia noueris, desine aduentus mei caussam velle cognoscere. Deum precepta. Propter matrem hoc posuit nomen.

Tantum effatus. ad hæc vates vi denique multa
Ardentes oculos intorxit lumine glauco,
Et grauiter frendens sic fatis ora resoluit:
Non te nullius exercent numinis ira:
Magna lues commissa: tibi has miserabilis Orpheus
Haudquaque ob me: itum pœnas (nisi fatigare resistat)
Suscitat: & rapta grauiter pro coniuge sauit.

Grauiter frendens. Cum ingenti tumultu. Non te nullius. Id est non humili, sed magni. Magna lues commissa tibi. Id est magnorum scelerum est ista persolatio. Et alijs ita distinguunt, vt sit, à te commissa. Alij Tibi has miserabilis Orpheus. Non humile autem numen dicit Tiphonem, id est mortis vtricem, nam ideo Tiphone dicta est, quasi cui cura est nati: sive, id est mortis vltio.

A vltio. Hand quaquam ob meritam. Id est non tales quales mereris. Nam eius vxori causa mortis suisti. Inferret autem digna supplicia, nisi fata prohiberent: quibus saecutibus ita numinum minor a infert; licet maiora non possit.

Illa quidem dum te fugeret per flumina preceps,
Immanem ante pedes hydram moritura puella
Seruantem ripas alta non vidit in herba:
At chorus aequalis Dryadum clamore supremos
Implerunt montes: flerunt Rhodopeia arces,
Altaque Pangea, & Rhesi Mauortia tellus,
Atque Geta, atque Hebrus, atque Actias Orithyia.
Ipse cana solans egrum testudine amorem,
Te dulcis coniux, te solo in littore secum,
Te veniente die, te decadente canebat.

Moritura puella. Merito non vidit; quippe moritura. Seruantem ripas. Tenentem. vt, Tantas seruabat filia fides. At chorus aequalis Dryadum. Ergo & Eurydice Dryas: & bono compendio eius prætermisit interitum. Supremos monies. Summos. vt, Proh supreme Iuppiter. Rhodopeia arces, Altaque Pangea, Rhodope mons est Thracie sicut Pangæa, Rhæs Mauortia tellus. Quâ postea Rheus tenuit. & est Prolepsis ex perlona poeta. Quo enim tempore Orpheus fuit, Rheus nec dum regnabat in Thracia, Hebrus. Fluuius Thracie gelidissimus. Actias Orithyia. Atheniensis Nympha, quam Boreas in suum matrimonium rapuit. Cava testudine. Periphralis citharae, cuius vius repertus est hoc modo. Qum regrediens Nilus in suos meatus varia in terris reliquisset animalia, relicta etiam testudo est: quæ cum putrefacta esset, & nervi eius remansissent extensi intra corium, percussa à Mercurio sonitum dedit: ex cuius imitatione cithara est composita. Ægrum amorem. Mœstum, deceptum, Solo in littore. Deserto, in quo sine uxore morabatur.

Tenarias etiam fauces, alta ostia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus, manesque adiit, regemque tremendum.
Nesciaque humanis precibus mansuescere corda.
At cantu commone Erebi de sedibus imis
Vmbra ibant tenues simulacra que luce carentum.

Tenarias etiam fauces. Tenarus Laconiae promontorium est circa finem Maleæ, vbi inferorum dicitur esse descensus. Manesque adiit, regemque tremendum. Hæc omnia ad laudem pertinent citharae, qua fretus ista superauit. Nesciaque humanis. Ad exitum futuræ rei respexit, non ad principium. Nam primo meruit Eurydicen. Erebi de sedibus imis. De interioribus tenebris inferorum.

Quam multa in Sylvis aurum se millia condunt.
Vesper ubi, ant hibernus agit de montibus imber.
Matres atque viri, defunctaque corpora vita
Magnanimum herorum, pueri, innupta que puerelle,
Impositique rogi iuuenes ante ora parentum.
Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocytii, tardaque palus inamabilis unda
Alligat, & nouies Styx interfusa coeret.
Quin ipse stupuere domus, at qui intima Lethi
Tartara, ceruleosque implexæ crinibus angues.
Eumenides: tenuitque inhibens tria Cerberus ora:
Atque Ixionei vento rota constitutæ orbis.

Implexæ. Involutæ, implicitæ, iumentæ, iupæ. Ixionei vento rota constitutæ. Deest Citha. & hoc dicit, cum vento suo rota constituit: id est cum causa volubilitatis quietuit.
Iamque pedem referens, casus euaserat omnes,
Redditaque Eurydice superas veniebat ad auras,
Pone sequens (namque hanc dederat Proserpina legem)

Cum subita incantum dementia cepit amantem,
 Ignoscenda quidem scirent si ignoscere manes.
 Restitit: Eurydicens suam iam luce sub ipsa
 Immemor heu, vietusque animi respexit: ibi omnis
 Effusus labor, atque immitis rupta tyranni
 Fædera, terque fragor stagni auditus auernis.
 Illa, Quis & me, inquit, miseram, & te perdidit Orpheus?
Quis tantus furor? en iterum crudelia retro
 Fata vocant, conditque natantia lumina somnus:
 Iamque vale, feror ingenti circundata nocte,
 Inualidasque tibi tendens, heu non tua palmas.

Incautum amantem. Epitheton amantis est. Ignoscenda quidem scirent si ignoscere manes. Particulum sine verbi origine, non enim facit ignolet, sicut nec triumphor, regnor, Euridicens suam iam. Alii legunt: iam luce sub ipsa. Victusque animi. Sic hoc loco dixit, O præstans animi. Respetxit: Id est commisit in legem, sibi datam. Ibi omnis effusus. Id est functus & frustratus. Tyranni. Id est Plutonis. Terque fragor stagni auditus auernis. Quasi exultarent umbras reditum Eurydices. Lucanus dicit in Opheo strepitum factum redeunte Eurydice ob hoc: quia gaudent à Luce relata Eurydicens, iterum sperantes Orpheus manes. Iterum crudelia retro Fata vocant. Ouidius: Bis rapitur, vixique semel. Natantia lumina. In mortem reducta. Inualidas palmas. In umbras tenuitatem redactas. Heu non tua. Quia supra dixit, Eurydicens suam iam.

Dixit: & ex oculis subito seu fumus, in auras
 Commisus tenues fugit diuersa: neque illum
 Prensantem nequicquam umbras, & multa volentem
 Dicere præterea vidit: nec portitor Orci
 Amplius obiectam passus transire paludem.
Quid facere? quò se rapta bis coniuge ferre?
Quo fletu manes, qua numina voce moueret?
 Illa quidem stygia nabat iam frigida cymba,
 Septem illum totos perhibent ex ordine menses
 Rupe sub aeria, deserti ad Strymonis undam
 Fleuisse: & gelidis hac euoluisse sub antris,
 Mulcentem tigres, & agentem carmine querusc.

Fugit diuersa. Id est per diuersa. Præterea. vt. Et Quisquam numen Iuxonis adoret Præterea? Amplius obiectam passus transire palud m. Mysticum cit. Dicitur enim bis eandem umbram euocari non licere. Ex ordine. Sine intermissione. Deserti. inculti. Strymon augem fluuius est Thraciæ, circa quem ad extinguendum amoris morabatur calorem. Hac, id est, talia qualia ipse commemorat. Agentem carmine querusc. Id est mouentem.

Qualis populea mœrens Philomela sub umbra
Amissos queritur fatuus, quos durus arator
Observans nido implumes detraxit: at illa
Flet noblem, ramoque sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis latè loca questibus implet.
Nulla venus, nullique animum flexere hymenei.
Solus Hyperboreas glacies, Tanaimque niualem,
Aruaque Ripheis nunquam viduata pruinis
Lustrabat, raptam Eurydicens, atque irrita Ditis
Dona querens: spreta Ciconum quo munere matres,
Inter sacra deum, nocturnaque orgia Bacchi
Disceptum latos iuuenem sparsere per agros.

A Philomela. Pro quavis aue. Nam species est pro genere. Flet noſtem. Iugi nocte. continuo fletu. Teneatque niualem. Fluuum Scythiae. Nunquam viduata pruinis. Semper niuibus plena. Quo muneſe matres. Nuptiali ſilicet. Cicones autem Thraces mulieres ſunt quae ab Orpheo ſpretæ diſcipere eum per Liberi ſacra ſimulata.

Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulfum

Gurgie eum medio portans O Eagrius Hebrus

Volueret: Eurydicens vox ipsa & frigida lingua,

Ab misera Eurydicens, anima fugiente vocabat:

Eurydicens toto referebant flumine ripe.

Hac Proteus: & ſe iactu dedit aquor in altum:

Quaque dedit, ſpumantem undam sub vertice torſit.

Marmorea caput à ceruice reuulfum Id eft pulchra. Sane alludit ad id quod dicit Ouidius, quia cum caput eius ad ripam delatum mordere voluifet, eft conuersus in lapidem. O Eagrius Hebrus. O Eagrius fluuius eft, pater Orphei: de quo Hebrus nafcitur, vnde eum appellauit O Eagiūm. Hac Proteus. Subaudi dixit.

C

At non Cyrene: namque ultro affata timentem,

Nate licet iriſteſ animo deponere curas.

Hec omnis morbi cauſa: hinc miserabile nymphæ,

Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,

Exitiam misere apibus. tu munera ſupplex

Tende, petens pacem. & faciles venerare Napæas:

Namque dabunt veniam voſis, irasque remittent.

D At non Cyrene. Deeft terraſta eft: quod ex ſequentiibus datur intelligi. Paucum petens. Beneficium benevolentiam. Faciles Napæas. Exorabiles nymphæ, ad ignoscendum paratas. Sane ſciendum, eadē eſſe Napæas, quæ & Dryades ſunt. Nam ſupra ait, At chorus æqualis Dryadum.

E

Sed modus orandi qui ſit prius ordine dicam:

Quatuor eximios preſtanti corpore tauros,

Qui tibi nunc viridis depofcunt ſumma Lycei,

Delige, & intacta totidem ceruice iuuencias.

Quatuor his aras alta ad delubra dearum,

Conſtitue, & ſacrum iugulis demitte cruorem:

Corporaque ipsa boum frondoſo defere luco.

Post, ubi nona ſuos aurora offendereſ ortus,

Inferias Orphei lethæa papanera mittes,

Et nigram maſtabis ouem, lucumque renifes:

Placatam Euridicem vitula venerabere caſa.

F Intacta ceruies. Indomita. Et dicit animalium ſacrificium eſſe faciendum, ut non tantum occiduntur hostiae. Orpheus. Datiuſus Græcus eft. Lethæa papanera mittes. Agrestia. Placatam Euridicem vitula venerabere caſa. Hypallage, pro veneratam placabis.

Haud mora: continuo matris precepta faceſſit:

Ad delubra venit: monſtratas excitat aras:

Quatuor eximios preſtanti corpore tauros

Ducit, & intacta totidem ceruice iuuencias.

Post, ubi nona ſuos aurora induxerat ortus,

Inferias Orphei mittit, lucumque renifes.

Hic vero ſubitum, ac dictu mirabile, monſtrum

Aspiciunt: liquefacta boum per viſcera, toto

*Stridere apes vetero, & ruptis effernuere costis,
Immensaque trahi nubes, iamque arbore summa
Confluere, & lenti vuam demittere ramis.*

Præcepta facessit. Facit frequentatiuum est pro principali. Aut certe ideo Faceſſit, quia plures hostias immolauit. Subiun, ac diſtu mirabile, monſtrum. Res enim hæc ex improviso venit, vt apes ex bobus erumperent. Nam præcepta Cyrenes, tantum ad placandum numina pertinebant. Notandum sane quia ex hoc eventu illa ars inventa est, quam ſupra memorauit: & melior facta per induſtriam. Stridere apes vetero & ruptis effernuere costis. Hæc verba & ſecundæ ſunt coniugationis & tertiaræ: nunc tantum tertiaræ. Vuam demittere ramis. In morem vuæ, id est botryonis defluere: quod Græci Cœpodo dicunt.

*Hæc ſuper aruorum cultu, pecorumque canebam,
Et ſuper arboribus: Cæſar dum magnus ad altum
Fulminat Euphraten bello: victorque volenteis
Per populos dat iuræ: viamque affectat Olympo:
Illo V I R G I L I V M me tempore dulcis alebat.
Parthenope, ſtudiis florentem ignobilis oci:
Carmina qui lusi paſtorum: audaxque iuuenta
Tuyre te' patula cecini ſub regmine fagi.*

Hæc ſuper aruorum cultu. Primum librum per hoc ſignificat: per pecora autem, tertium & quartum, quia & apes pecora ſunt. Per arbores ſecundum. Et hoc dicit: Hæc ego. Id est Georgica ſcripsi dum Cæſar in oriente pugnaret. Euphraten. Orientis fluuium. Fulmina. Fortiter facit. Victorque volenteis Per populos. Vnum virtutis eft, aliud iuſtitia. Nam vincere, virtutis eft: iuſtitia vero, non iuueniſ, led volentibꝫ imperare. Viāque affectat Olympo. Præparat ſibi diuinos ho- nores. Parthenope. Id eft Neapolis, quæ primo ex corpo re vnius Syren s illic ſepulta Parthenope eft appellata. Studiuſ florentem ignobilis oci. Id eft artis poēticæ, quam ocium appellauit igno- bilitate ne quid de ſe videretur arrogans dicere. Carmina qui lusi paſtorum. Qui etiam Bucolica ſcri- pſi. Audaxque iuenta. At iuuenili. Nam ut diximus iupra, viginti octo annorum bucolica ſcripſit. Et bene breuiter à ſe ſcriptarum rerum executus eft titulum.

F I N I S.

P. V I R-